



**Adnotationes || Et Meditationes || In Evangelia Qvae || In  
Sacrosancto Mis-||sae Sacrificio || Toto Anno || Legvntvr;||**

**Nadal, Gerónimo**

**Antuerpiæ, M. D. XCV.**

Quæ gesta sunt post erectam crucem, antequam emitteret spiritum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78158](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78158)

QVÆ GESTA SVNT POST  
ERECTAM CRUCEM, ANTEQVAM  
emitteret spiritum.

MATTH. XXVII. MAR. XV. LVC. XXIII. IOAN. XIX.

In cū. imaginem adnotatiuncula.

cū.

129

- A. Offendebat acerbe titulus crucis Iudeos & Prin-  
cipes.  
B. Propterea agunt hi apud Pilatum ut titulum mu-  
tet, quod negat constanter Pilatus se esse fa-  
cturum.  
C. Orat in cruce pendens pro crucifixoribus Christus.  
D. Quatuor carnisces? ESU vestem inter se par-  
tuntur, inconsultum sortuntur.  
E. Ministri iactant blasphemias in IESU, ia-  
ctant Principes, iactant milites.  
F. Coniunguntur illi primum latrones crucifixi.  
G. In eo alter persecuerat.  
H. Repetit alter, alterum increpat, veniam petit a  
Christo, & impetrat.  
I. Persecuerat universis Eclipsis Solis: aucta idem-  
tatem Christi opprobria & dolores.  
J. Appropinquante hora nona dicit matri: Ecce filius  
tuus: Ioanni: Ecce mater tua.  
K. Clamat IESUS voce magna: Deus, Deus meus,  
ut quid dereliquisti me?  
L. Dicit: Sitio.  
M. Offerunt illi ex arundine spongiam aceto plenam,  
accipit.  
N. Dicit: Consummatum est.  
O. Clamans voce magna, dicit: Pater, in manus  
tuas, &c.  
Emitit spiritum.  
C. G. I. K. L. N. O. significant septem verba Chri-  
sti, quæ dixit in cruce.

MATTH. XXVII. MAR. XV. LVC. XXIII. IOAN. XIX.

\* Hunc ergo titulum  
multi legerunt Iudæo-  
rum, quia prope civita-  
tem erat locus ubi cru-  
cifixus est IESUS: &  
erat scriptum hebraicè,  
græcè, & latinè. Dice-  
bant ergo Pilato Pon-  
tifices Iudæorum: Noli  
scribere, Rex Iudæorum:  
sed quia ipse dixit, Rex  
sum Iudæorum. Respon-  
dit Pilatus: Quod scri-  
psi, scripsi.

IESUS autē dicebat;  
Pater, & dimitte illis:  
non enim sciunt quid  
faciunt.

Milites ergo

cum crucifixisset eum,  
acceperunt vestimenta  
eius, &

Et crucifigentes eum,

Postquam autem cru-  
cifixerunt eum,

diviserunt vestimenta  
eius,

diviserunt vestimen-  
ta eius,

Diidentes vero vesti-  
menta eius,

Hh 2

MATTH.



MATTH. XXVII. MAR. XV. LVC. XXIII. IOAN. XIX.

fecerunt quatuor par-  
tes, unicuique milii  
partem; & tunicam.

sortem mittentes: mittentes sortem  
super eis,  
quis quid tolleret.

miserunt sortes.

ut impletur quod di-  
ctū est per Prophetam,  
dicentem; Diuiserunt  
sibi vestimenta mea, &  
super vestem meā mi-  
serunt sortem.

Erat autem tunica in-  
consultilis, desuper con-  
texta per totum. Dixe-  
runt ergo ad inuicem;  
Non scindamus eam,  
sed a fortiamur de illa  
cuius sit: ut scriptura  
impletur, dicens;  
Partiti sunt vestimen-  
ta mea sibi, & in veste  
meam miserunt sortem.  
Et milites quidem hoc  
fecerunt.

Et sedētes seruabāt eū.

Prætereuntes autem  
blasphemabant eum,  
mouentes capita sua,  
& dicentes;  
Vah qui destruis tēplū  
Dei, & in triduo  
illud reedificas;  
saluatemetipsum.

Et prætereuntes  
blasphemabant eum,  
mouentes capita sua,  
& dicentes;  
Vah qui destruis tēplū  
Dei, & in tribus diebus  
reedificas;  
saluū fac temetipsum,  
descendens de cruce.

Si filius Dei es, descēde  
de cruce.

Et stabat populus ex-  
spectās: & deridebāt eū  
Principes cum eis.

Similiter & Principes  
Sacerdotum illudentes

Similiter & summi  
Sacerdotes illudentes  
ad alterutrum

cum Scribis  
& Senioribus, dicebāt;  
Alios saluos fecit,  
seipsum non potest sal-  
uum facere?  
Si Rex Israël est,  
descendat nunc de cru-  
ce, & credimus ei.

cum Scribis,  
dicebant;  
Alios saluos fecit,  
seipsum non potest sal-  
uum facere?  
Christus Rex Israël  
descendat nunc de cruce,  
ut videamus, & cre-  
damus.

dicentes;  
Alios saluos fecit,

se saluum faciat, &  
hic est Christus Dei  
electus.

Confidit in Deo, libe-  
ret nunc eum, si vult:

MATTH.



MATTH. XXVII. MAR. XV. LVC. XXIII. IOAN. XIX.

discis enim quia filius  
Dei sum.

illi ipsum autem & la-  
trones qui crucifixi  
erant cum eo imprope-  
rabant ei.

Et <sup>2</sup> qui cum eo  
crucifixi erant,  
conuertiabantur ei.

Illudebant autem ei &  
militēs accedentes,  
& acetum offerētes ei,  
dicentes; Si tu es Rex  
Iudeorum saluū te fac.

<sup>2</sup> Vnus autem de ijs qui  
pendebant latronibus  
blasphemabat eum, di-  
cens; Si tu es Christus,  
saluum fac te ipsum, &  
nos. Respondens autē  
alter increpabat eum,  
dicens; Neque tu times  
Deū, qui in eadē dam-  
natione es? Et nos qui-  
dem iuste, nam digna  
factis recipimus; hic  
verò nihil mali gessit.  
Et dicebat ad IESVM;  
Domine, & memēto mei  
cū veneris in regnū  
tuum. Et dixit illi IE-  
SVS; Amen dico tibi,  
hodie mecum eris in  
Paradiso.

Stabant autem iuxta  
crucem IESV<sup>1</sup> Mater  
eius, & soror matris  
eius Maria Cleopha, &  
Maria Magdalene.  
Cum<sup>1</sup> vidisset ergo IE-  
SVS Matrem, & dis-  
cipulum stantem quem  
diligebat, dicit Matri  
sue; Mulier, ecce filius  
tuus. Deinde dicit dis-  
cipulo; Ecce mater tua.  
Et ex illa hora accepit  
eam discipulus in suā.

<sup>1</sup> Clamauit IESVS  
voce magna, dicens;  
Eli, Eli, lammasaba-  
thani? hoc est;

Et hora nona  
exclamauit IESVS  
voce magna, dicens;  
Eloi, Eloi, lammasaba-  
thani? quod est inter-  
pretatum;

Hh 3

MATTH.



MATTH. XXVII. MAR. XV. LUC. XXIII. IOAN. XIX.

Deus meus, Deus meus,  
ut quid dereliquisti  
me?

Quidam autem illic  
stantes &  
audientes dicebant;  
Eliam vocat iste.

Deus meus, Deus meus,  
ut quid dereliquisti  
me?

Et quidam de circum-  
stantibus  
audientes dicebant,  
Ecce Eliam vocat.

Et continuo  
currens unus ex eis,  
acceptam spongiam  
implevit aceto,  
& imposuit arundini,

Currens autem unus,  
& implens spongiam  
aceto, circumponens  
calamo,

& dabat ei bibere.

potum dabat ei, dicens;  
Sinite,  
videamus  
si veniat Helias  
ad deponendum eum.

Ceteri vero dicebant;  
Sine, videamus  
an veniat Helias  
liberans eum.

IESVS autem  
iterum clamans  
voce magna,

IESVS autem

emissa voce magna

Et clamans voce  
magna IESVS,  
ait;

Pater, in manus tuas  
commendo spiritum  
meum.

Et hac dicens

Cum ergo accepisset  
IESVS acetum, dixit;  
Consummatum est.

Et inclinato capite

AD NO.



## ADNOTATIO.

**T**ulium crucis, qui causam videbatur damnationis continere, & tamē plañe IESVM Regem Iudeorum profitebatur, legunt multi Iudei, propinquitatem loci ad rei mortem inuolati.

B. Horum murmurat ionibus Principes, quum idem ipsi ferrent impatienter, permoti mittunt ad Pilatum qui querimoniam suam deferat; non debere scribi, Rex Iudeorum, quod non erat; sed quisei iactaret Regem Iudeorum, contra quam erat. Respondet non solum constanter Pilatus, sed pro imperio minaciter; Quod scripsi, scripsi. Non temere scripsi Regem Iudeorum, o inuidi Iudei, sed vere & consulte; idem habeoratum; & simul denunciat illis periculum si pergāt esse insolentes. Itaque quasi Dei Spiritu motus Pilatus veritatem fidei confirmavit. Erat reuera Rex Iudeorum, & Dei veritatem confitētiū Christus illud regnum celeste ac diuinum suū, Apostolorum, & discipulorum predicatione promulgauerat. Rediunt in Golgotham nuncij perterriti, renuntiant quid responderit Pilatus.

C. Cruciabatur per singula momenta acris in cruce pendens Sanctus IESVS, sed tamen primum omnium pro crucifixoribus intercedit apud Patrem, deprecans excusatione ignorantia summum eorum maleficium; Pater, inquit, dimitte illis, non enim sciunt quid faciūt: etiam si inuidia, malignitate, voluntario odio sint pleni; sunt tamen obsecrati & amētes. O immensam Christi benignitatem & misericordiam! in cruce tam summo cruciatu moriens, quasi oblitus eorum cruciatuum & mortis, conuertit animam ad orandum pro interfectoribus suis: quod cum fecit, iam illis, quod in se erat, noxam suā crucifixionis condonaue rat. Quare subtilissime unde parricidas excuset, quum vix vlla esse posset eorum excusatio; reperit tamen aliquam, & relictū facit, quod animi passione peccabant vehementi, quae illorum mentes excecabat. Quod penitus facerent cum summa culpa, tamen illud adducit in excusationem IESVS. Orauit pro suis interfectoribus cum clamore valde & lachrymis, ut semper orauit, id est cum efficacissima animi intentione, & vehemēti cordis gemitu; etiam si in cruce credatur reuera esse lachrymans. O ineffabilem Christi IESV caritatem! Non orat tantum pro suis interfectoribus, quae summa esset benignitas, sed cum animi intima compactione supplicat, quod indi-

cant lachrymæ; & cum ingenti cordis affectu, quod demonstrat fortis & vehemens clamor. Et quidem fuit exauditus Christus ex cruce, ut semper, pro eius reuerentia & dignitate apud Patrem; proficiscebatur enim illa supplicatio non à sola humanitate, sed ab hoc homine, qui simul erat Deus. Orabat igitur & supplicabat Deus, quare necessario exaudiebatur pro eius reuerentia & dignitate. Verum cur non fuerunt tunc conuersi Iudei? Primum ex oratione non continuo solet effectus exauditionis exstare, sed ubi Dei providentia constituit: deinde fuerunt non multo post multi compuncti, & reuertebantur pectora tundentes; & magnam multitudinem Iudeorum esse conuersam videmus in Actis Apostolorum; tum plenitudinem Gentium intrasse conspiciamus, & reliquias Iudeorum conuersum iri scimus.

D. Omnes quidem milites seruabant crucifixum IESVM intenti, nec quoquam adhuc discedebant; quatuor tamē qui Christum cruce confixerat de more carnificū vestes damnati IESV sibi arrogant. Ferunt Christi tres fuisse vestes; interulam inconsutilem, & superiorem aliam atque ampliorem, & aliam exteriorem vestem. Has duas in quatuor partes sciderunt, ut in singulos milites equaliter diuiderentur; quae ad sanna & irrisionem IESV referebantur, quasi Regis pretiosam vestem ambire simularent: vel omnino quæsum cogitabant, quasi carere vendituri IESV affectus. Diuisis alijs vestimentis, compendium secuti, inconsutilem & desuper contextam per totum, à summo scilicet ad imum usque contextam omni ex parte, nolunt diuidere, ne artificium corrumperetur, & periret precium: sortiuntur talis, qui erant quatuor equalium laterum figura triangulari solida æquilatera; iacebat humi proiecta tunica, conijciunt talos in marmoream tabellā, quae exstat ad Lateranum. Vincit vnus, aufert tunicam: ea postea venit in manus beatæ Virginis Mariæ, redempta à milite, ut pie creditur, & ad hoc usque tempus apud Treuiros conseruatur religiosissime. Omnibus modis contemneris, bone IESV; nec sat est sceleratis hominibus si te videant cum summa ignominia & cruciatu inter duos latrones morientem, nisi vestes diripiant & diuidant ut latronis, derideant ut falsi Regis. Porro præter inconsutilem plures fuisse Christi vestes constat tum ex hoc loco, tum ex historia lotionis pedum;

Euseb.

Calusli.  
20. c. 27.

Hh 4 non



non tamen has plures fuisse quam duas, rationi est consentaneum. Interula loco fuit inconsutilis, alia laxior inconsutili superinduta, tertia exterior, quasi pallium. Hæ duæ appellantur hebraice בגדים, græcè ἱμάτια. Illa hebraice exspecie כותנת, propriè כותנת, græcè similiter χιτών ex specie ἱματισμός. Chitonem, siue Chetboneth interpretatur Hieronymus tunicā talarem quæ corpori adhaeret tam arctam, tam strictis manicis, ut nulla omnino in veste sit ruga, & quæ ad crura usque descendat. Suidas Chitonem dicit hypocaustum, & pertinemem vestem. Huiusmodi erat inconsutilis Christi tunica, cuiusmodi duas possidere prohibuit Apostolis, & Ioānes alteram dandam docuit ab eo qui duas possidet, ei qui ne unam quidem habet: & tamen chetboneth siue chiton Iosephi & Thamar non erat interula, sed superinduta vestis, quod extra ordinem factum intelligimus, ad ornamentum puerorum & virginū. Certè chitones fecit Deus Adamo & Heue.

E. Ingeminat porro despectiones in IESVM; alij blasphemant illum, mouentes capita, exprobrantes in faciem crimen, quod receperant in concilio Principes; Vbi qui destruxit templū Dei, & in triduo illud reedificas. Addunt, Si filius Dei es, descende de cruce: & hæ erant quidem ministrorum blasphemie, & aliorū Iudeorum, qui accusationem & damnationem IESV reseruant. Audite insani homines, vos templum Dei solutis nunc, IESVS verò tribus diebus illud suscitabit gloriosissime. Hos exceperunt Principes Sacerdotum cum Scribis & Senioribus, deridentes superbe IESVM inter se, & per summam contumeliam illudentes. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Audite & vos impij ac cæci Principes: propterea alios saluos fecit, quod seipsum potuit, sed noluit saluum facere & à morte liberare: sua enim voluntate se morti obtulit, ut vitā daret mortalibus eternam. Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, ut videamus & credamus. Insanitis, non vos solum, sed qui vos stimulat Satan: qui in horto exercitum vestrū verbo strauit, voluit quidem se liberare, monstrauit posse; idem nunc & semper potest: quod si potest, quæ erat causa, o amentes, ut se permitteret crucifigi, & non potius suum liberauit & integrum? Horrendum hoc Damon maleficium, ut descenderet IESVS de cruce, inani molimine machinatur; cum enim sentiret suos vires magis magisque frangi, coniectans id virtute passionis IESV fieri, denuo illum aggreditur liberare à morte, hoc est, se à

cruciatu. Nam Christum cupiebat quidem morte mulctari, sed liberare contendeat ne ipse periret, & tyrannidis faceret iacturam. Et hæc quidem fuit postea perpetua Diaboli tentatio, ut tribulationes & cruce à se excutiant pij homines. Parum potuit hæc Damonis machinatio apud principes; per irrisum enim & iocum illa in Christū iactabant, nec credentes IESVM posse de cruce descendere, & mentietes se illi credituros si descenderet. Eo autem ipsorum amentia progreditur, ut in Deum ipsum, quem confitebatur simul blasphemet. Liberet eum, inquit, si vult; dixit enim quia filius Dei sum. Quid enim est, si vult? Credunt filii Dei non esse IESVM, nec Deū illū liberaturū. Quorsum igitur, si vult? nisi quod non audent dicere, si potest, dicunt, si vult: itaque dissimulat blasphemiam, illa se implicat. Accumulant opprobria milites insolenter; Si tu es Rex Iudeorum, saluum te fac. Omiserunt regnum tuum, miserere te, qui nec antea te potuisti e manibus nostris eripere, nunc ut e clauis & cruce possis, insanum esse sperare. Nusquam verò milites discedunt adhuc: sed sedentes illum seruant, custodiam agentes militarem. Postremo ne genus aliquod esset possimorum hominū quod non afficeret Christum contumelijs; præter fecem ministrorum, & accusatorum IESV, præter scelerosos Principes & Seniores, præter impios milites.

I. Coniungunt etiam probra in IESVM latrones crucifixi: primum quidē ambo in turba, omnium enim conspiratione contendeat Damon, & omnium vocibus Christo persuadere, ut descenderet de cruce; vel certè illi omnium opprobrijs & conuijs insultare, desperatè insanens. Populi tamen multitudinem videtur non permouisse, quod enim auctoritatem Principum secutus populus derideret IESVM, non tantum erat atrocitatis; nullius verò, quod expectaret quorsum res euaderet, vel contempleretur quæ gerebantur.

I. Sequitur verò post hæc præclarissimum Christi ex cruce factum: cum enim è crucifixis latronibus alter insisteret IESVM opprobrijs & blasphemijs incessere;

G. Compunctus alter corde, ac subito quodam animi sensu tactus, fit de repete patronus Christi. Agit pro Christo causam contra socium latronem quidem, sed quæ contra crudeles crucifixores, tum contra omnes homines intēdebat & vim obtinebat: omnes enim homines digni sunt morte, Christus non modò dignus vitā, &



eterna gloria, sed ipse vita & gloria est sempiterna, qui non solum nil mali fecit, sed omnibus fuit mortalibus omnis boni causa, pro omnibus moritur, ut omnibus pariat vitam. Quid insanis inquit, infelicissime hominum? non sat tibi est sitam crudelitatem videas Iudeorum in IESV. tot probra; nisi tu quoque, qui in eadem es damnatione & cruciatu, illum afficias contumelia? Et quidem nos morte hac digni sumus, hic nil mali, nil non optime & sanctissime fecit. At igitur imitare potius homo miserrime, cum peto ab IESV veniam, cum profiteor illam Regem caelestem, Regem omnium seculorum, cum postulo ut meminerit suae misericordiae ubi ad regnum suum venerit, non mearum iniquitatum. Hoc cum fecisset non audit dirus latro, audit Christi bonitas & misericordia; Hodie, inquit, mecum eris in Paradiso. At in quo Paradiso, bone IESV? Non terrestri, sed quo Angelis fruuntur caelesti. At quando? Hodie, non solum antequam sol hic occumbat, sed in hodie meae generationis, hoc est, in mea & Patris aeternitate. Vbi? Vbi in inferno, & ubique post hac fuero. Orem omni admiratione & laude superiorem! Finis orbis damnat Christum, latro in cruce pendens defendit, diffugiunt Apostoli omnes, negat Petrus Apostolorum Coryphaeus, sit socius latro in cruce sacrosanctae Mariae Virginis Matris, expectant gementes sanctissimi Patriarchae & Prophetae Christi gloriam tot seculis, hic nullo momento; alij tot laboribus & angustijs sunt sancti, sunt beati, hic tribus verbis & sanctitatem & beatitudinem arripit. Hic latro vere fuit violentissimus in Regnum caelorum, nos lenit, ardi, ignavi. O Christe bone, quam spem non dedisti nobis veniae, cum beas e cruce latronem? Exundat e cruce fons tuae misericordiae & miserationis fons tui sanguinis diuini, tuae bonitatis infinita lux illustrissima, mortis tuae meritum & redemptio efficacissima. Verum, o sancte latro, quis fuit animi tui sensus postquam a Christo verba vitae audisti? Conspecterat prior me Christus, inceperam moriens in carne spiritu in Christo viuere, Christum in me operantem sentiebam, illi summa mentis meae suauitate assentiebam, cum illo meam salutem operabar, agnoscebam peccata, illa desiebam, veniam a Christo poscebam, meam penam & mortem pro scelere tuo meis Deo offerebam, inducebam virtutem ex alio, merito mortis Christi, excellentem consolationem, lucem, suauitatem experiebam, Regnum Christi in cruce, primitias Paradisi delibabam. O te felicem! O Christi mysteria adoranda! Que

hactenus attigimus, suo ordine facta sunt postquam crux Christi leuata est; Oravit pro crucifixoribus IESVS, diuiserunt inter se milites, ipsius vestimenta, iactarunt opprobria in eum ministri, Pontifices & Seniores, milites, & latrones; patrocinatur deinde alter Christo, accipit vitam aeternam pollicitationem.

H. Fuit quidem sol obscuratus initio crucifixionis, nam facta sunt tenebrae à sexta hora *Mat. 27* usque ad nonam super uniuersum orbem; sed *Mat. 15* huius Eclipsis, & eius durationis postea mentio. *Luc. 23.* nem faciunt Euangelistae, nec Ioannes meminit: ut intelligere possimus quo tempore seniebat omne genus hominum in Christum e cruce pendente, in luctu quidem fuisse solem. & mundum uniuersum, tenebrosa fuisse omnia & horrida, caelum, aërem, terram; tenebrosos vero magis impiorum hominum mentes, qui illas tenebras non sentiebant, vel à maleficio propter eas non deterrebantur. Porro autem continuata sunt opprobria, & identidem aucta; per singula etiam temporis momenta homini IESV tormenta crudiora facta & vulnera, imminutus sanguis crudeliter morte sentiente.

I. Tandem cum iam appeteret hora nona, ad Mariam conuerit oculos IESVS, ad Matrem desolatam, tota die marore confectam, & illam interna significatione ad se vocat; accedit cum sorore filia Cleophae Matre Iacobi minoris, cum Ioanne & Magdalena. Alij aspicebant longe; furor enim Iudeorum & militum erat in solum IESV intentus, & constabat Christi cautio & securitas, ut nulli praterquam ipsi nocere possent. Accedis ad crucem benedicta Mater, quia te filius ad se trahit, & tuus in illum amor: voluisti item illius mortem conspiciere propius, & audire quae sperabas ad te verba esse facturum. Neque vero crucem filij erubescbas, nec tuam subire deiectionem. Afferebat tibi quidem maiorem dolorem ille accessus, sed simul animi vires agebat. Sed cur solis illis comitibus accedis? Hos mihi coniungit amor, illos retinuit reuerentia. Ast abal igitur iuxta crucem IESV Mater eius, & soror matris eius Maria Cleopha, & Magdalene, cum his Ioannes: conijcit oculos in eas IESVS, & praesertim in Matrem & dilectum Discipulum. Vulneratur utriusque cor, altius longe Matris, cuius iam anima gladio passionis & cruciatuum filij transuerberata erat: verum alioqui altius filij.

I. Mulier, inquit, ecce filius tuus. Nonne vere Mater erat tua, bone IESV? Erat verissime mea Mater. Quid ergo est quod mulierem

com-



communi nomine appellas, non Matrem proprio? Primum significo quod faciebam, Matrem enim relinquebam moriens, maternum ius in alium transferere. Deinde afflictam Matrem, & me longe afflictissimam, magis affligere nolui materni affectus commemoratione. Mulier, ecce filius tuus: Pater me in extremis his angustijs dereliquit, mors est proxima, ego tamen ultimum officium tibi praesto: auerte Matris cogitationem a me, conuerte in Ioannem; hic meo loco filius tuus esto, Virgo Virginis, dulcis nepos suauissimae mater terrena, is cui ego secreta caelestia de meo pectore reuelauit, in hoc conuesce, hic tibi obsequatur & seruiat, hic tibi ut ego solebam obediatur, in hunc ius maternum exerce. Hoc autem animum tuum soletur, quod non erit diuturna haec mea absentia; tertia enim die resurgam a mortuis, & mea praesentia cum summo gaudio perfrueris. Deinde ad Ioannem; Ecce, inquit, mater tua; summum accipe a me beneficium dilecte, quo tuum de mea morte maiorem lenias: est quidem natura mater tua Maria Salome, esto iam Maria Virgo Mater excellenti privilegio, haec te filium habeat, tibi materno iure imperet, tu illam ut matrem obserues ac tuearis; esto illi obseques similis; et atque ego eram, si uiuerem futurus. O adoranda Christi IESV in Matrem obseruantiam, & in utrumque benignitatem! Dereliquit illum Pater in doloribus & morte, & quasi illius obliuiscitur: ipse suorum dolorum, & paternae destitutionis, & mortis veluti oblitus, totus est in Matre honoranda, illius consolatur luctum, & curam gerit sollicitus; quae summa fuit in Matrem benignitas, magna in extrema desolatione consolatio. Porro de beneficio quod accepit Ioannes, illud solum dicam; excellentissimum beneficium fuisse, quod Maria Virgo fieret Dei Mater, & esset, at haec vera Dei Mater excellenti praerogativa atque adoptione fit Ioannis mater, & Ioannes Dei Matris filius. Porro autem testamentum fecit Deus, quo repromisit Abraham & eius semini, & omnibus gentibus benedictionem, & redemptionem, & salutem in Christo: hoc testamentum promissione ac iureiurando confirmavit, sancit nunc morte sua & sanguine Dei filius, Deus ipse omnipotens; sed adicit simul hunc quasi codicillum, quo legat Matri filium Ioannem, illi Ioannem commendat, & in Ioanne uniuersam Ecclesiam & pios omnes: & quum Ioannis matrem illam pronuntiat, facit omnium fidelium & peccatorum matrem & patronam benignissimam. Hunc quoque codicillum morte sua confirmavit; unde constat maternam in mor-

tales omnes fideles praesertim, curam & patrocinium accepisse Virginem Dei Matrem, necessarium cultum & obseruantiam in Mariam nos gerere debere, tuissimum refugium atque praesidium apud Virginem Dei Matrem & nostram omnibus esse repositum. Intolerabilem mortibus omnibus sustinebat haecenus in cruce cruciatum magnus IESVS, sed peruentum iam ad eum est dolorem atque acerbis atem, quae non solum aliorum omnium hominum facultatem excedunt, sed Christi etiam, id est hominis Dei qui homo. Instabat hora nona, & tempus quo erat moriturus: dat igitur mortis suae certissimum signum, & veritatis suae carnis praeclearissimum argumentum.

K. Clamat voce magna; Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Supra vires meas iam patior Pater mi, Deus vitae meae & mortis; deficit me virtus humanitatis; en morior, nihil me iuuat diuinitas tua & mea, nihil gloria qua fruor, nihil tu auxilij praestas, ne per Angelos quidem; seuius in me lethalia toto corpore vulnera, illa praesertim quae clavi infixerunt, quae me excarnificat per tres horas crudelissime; anima mea impleta est amaritudine, pena, dolore, tristitia, ac merore intolerabili: Matrem reliqui, quae aliqua ex parte me consolabatur: cur intantibus me angustijs Pater dereliquisti? Hac voce expressit humanitatis commiserationem, & auxilij implorationem vehementissime. Et tamen respondet continuo Christus; Hac sunt verba delictorum meorum, quae ego agnus Dei mansuetus atque innocentissimus porto; propterea tam immaniter patior, quod immania sunt, & innumerabilia hominum peccata quae ego tollo, pro quibus patior. Excitantur sane a circumstantibus & irrisiones ex allusione nominis Eli, & Elyah nominis Prophetae; Eliam vocat, sine, videamus an veniat Elias cum liberans. Erat prorsus in praecipiti vita Christi; deficiebant iam illum sanguis & vires; unde necessario & naturaliter sitis illum mortifera exercebat: & simul erat scriptura implenda, quae praedixit David ex persona Christi; Et in siti mea potauerunt me aceto. Omnia enim alia quae pati ipsum oportebat ante mortem, erant adimpleta.


L. Dixit ergo Christus, clara quidem voce, afflictus tamen; Sitio. Aruit tanquam testa vitae mea, adhaesit lingua mea faucibus meis, ossa mea sicut cremum aruerunt; Sitio.

M. Accurrunt commoti iam & irridentes illum de Eliae imploratione; impleant spongiam aceto, imponunt arundini, id est alligant hyssopi arundinem.



2/10.11.





hach  
bui  
fibi  
is q  
feric  
est p  
om  
cos t  
petu  
sem  
ta e  
exte  
men  
vali  
cia.  
qui  
tunc  
fub  
dini  
volu  
cia  
Ora  
xori  
om  
res,  
caut  
fes, l  
nos  
nibi  
nob  
bar.  
prop  
noh  
vt t  
tiam  
dini  
que  
dian  
fu!  
ris, l  
fi &  
bui  
feci  
pals  
mo  
nō p  
bere  
erge  
per  
nia,  
ciau  
mei  
lante



lachryma, & diuini exemplū charitatis præbui mortalibus, vt non solū pro persecutionē sibi & calumniā inferentibus orent, sed pro ijs qui mortem offerūt. Fuit tota vita tua, misericors I E S V, oratio pro inimicis tuis, hoc est pro omnibus hominibus (eram enim omnes inimici tui, vel quos ex inimicis amicos tuos effecerat) sed qualis hæc fuerit perpetua oratio, in cruce demonstrare voluisti: semper enim fuit è summo affectu & charitate profecta, semper cum lachrymis, si non exterioribus, ecce interioribus, id est cū immensa animi tui compassione, semper cum valido clamore, hoc est cum diuina efficacia. Neque enim simpliciter & efficaciter aliquid orasti aliquando Patrem quod non obtinueris: ita non es exauditus in orto, quia sub conditione orasti; nec pro ijs qui effectū orationis tuæ repugnant, quia nō efficaciter voluntate pro illis oras; tamen nonnulli etiam repugnant & inuitos iuuat tua oratio. Orasti tu, Domine, non pro illis tuis crucifixoribus solū, sed pro omnibus mortalibus; omnes enim homines sumus tui crucifixores, quandoquidem omnes fuimus tuæ crucis causa: non enim crucifixus vel mortuus fuisses, bone I E S V, nisi nos peccauissemus; ita nos per peccata te cruci suffiximus, nos mortē tibi attulimus. Pro nobis igitur orasti, vt id nobis non noceret quod tibi mortem afferebat, & illud nobis condonaret Pater tuus, propter quod tibi nō parcebat; peccata enim nostra vt erant nostra remisit in nobis per te, vt tua puniuit in te. O diuinam Patris iustitiam in te, in nos misericordiā! O tuam item diuinam iustitiam in Patrem, cui obedisti vsque ad crucem & mortem; in nos misericordiam, quos tua morte à morte æterna eripuit! Oras verò per viscera paterna tui genitoris, Pater, inquis, qui me in æternitate genuisti & generas, (nullum enim Patrem aliū habui) qui me misisti in mundū, & hominem fecisti, qui voluisti vt post innumerabiles alias passiones & poenas, in cruce tandē cum summo cruciatu atque ignominia morerer; oro, nō pro meis peccatis, quæ nec habui, nec habere potui, sed pro generis humani. Tuam ergo voluntarē summa animi alacritate semper accepi, semper sum executus; per hæc omnia, Pater sancte, per hos quos nūc patior cruciatu oro atque obsecro, vt me audias pro meis omnibus crucifixoribus veniam postulare. Ago tibi gratias immensas, Pater, quod

me semper exaudisti, & nunc exaudis; sed oro tamen te, quia tu ita vis, & vt videant mortales omnes charitatem immensam qua immeritos diligo; neque illorum culpam respicias, Pater, quam ipsi non intelligunt, ego intelligo & sentio, qui è cruciatibus etiam meis & morte percipio quanta sit peccatorum omnium culpa; mei enim cruciatus, mea mors exponit mihi peccatorum omnium & culpā & reatum. Ea sunt verba & expositiones delictorum quæ ex alienis mea feci propter te; id est rugitus delictorum meorum, declarans peccatorum magnitudinē, ego intelligo quid illi mei crucifixores faciant, ipsi nesciunt. Quaeso te, Pater, vt per hæc verba, per hunc rugitum delictorum meorum respicias, non ad eas culpas quas isti non norunt, nō ad eas quas nosse deberent, sed ad ignorantiam, quæ etiam si in culpa sit, absorbeat, obsecro, illa in abyssu misericordiæ tuæ infinitæ, & in earū culparum omnium mea intelligentia & redemptione immensa. Ignorantias ergo meas oro te, o Domine I E S V, per tuam istam orationem eiusque efficaciam, ne memineris de cætero, tum vt ignorantia peccati ne laborem doce me. Breuem hanc methodum accipe in quā te exerceas; contende ad Dei semper, & meæ passionis & crucis cognitionem; inde peccati magnitudinē cognosces: vt enim in illa meditatione proficies, ita in cognitione peccati. Orasti tu quidē, sancte I E S V, pro crucifixoribus tuis, sed quomodo respondent homines nequissimi tāæ charitati? Hi diuidunt inter se vestes tuas ignominiosæ, omnes verò in te contumelijs & opprobrijs insaniunt. O te afflictatum magne I E S V! In singula momenta in te sæuiunt vulnera tua atrocius, in crudefcit mors violentius; hæc vident homines crudelissimi, & tamen quasi cruciatus tui actua mors illorū malignitatem sariare non possēt, quum in corpus tuum nihil ampliū possint, affligunt oculos, excruciant animum. Nam milites quatuor qui te crucifixerant, per contumeliā & irrisiōnem tuas vestes inter se diuidunt, & in tunicam inconsutilem sortem mittunt, quasi Regis purpuram subannantes. Nō fuit tamen hæc præcipua acerbitas quam morienti I E S V obtruserunt; illa longē fuit grauissima, quæ illo latronum maleficio representabatur: dilacerari & euerti ab impijs Tyrannis ecclesias tuas Christe I E S V, dissipari earum ornamenta & bona omnia,

I i vel



vel execrabilibus Idolorū cultibus applicari; Catholicorū verō cōgregationes omni crudelitate profligari; orbem impleri vniuersum sanguine, laniens, morticinijs sanctorū tuorum. Sed hæc sanctorum poena fuit, & tuæ mortis imitatio: illud luctuosissimum, quod per illas ipsas atrocitates, per gladios, cruces, feras, præcipitia, per fera illa tormenta multi à fide tuæ Ecclesiæ diuidebantur & peribant. Quot enim ecclesias euerit scuitia persecutionum! Hæc contemplabaris tu, misericors IESV, in diuisione vestimentorum tuorū, hæc animum tuum acerbius longè affligebat: quæ tamen vt facerent Tyranni in particularibus ecclesijs permisiisti; in tuam autem illam Vnam, Sanctam, Catholicam, atque Apostolicam Ecclesiam non potuerunt, non permisiisti vt facerent: illam non diuiserunt, nō potuerunt diuidere; integra semper mansit & indiuisa incōfutilis diuina tua vestis & sponsa, tuum corpus mysticum. Verū in hanc etiam tuam incōfutilem exarserunt; vexauerunt illam & afflixerunt Tyranni, atque in eam crudelitatem omnem exercuerunt; & quasi fortes in eam miserunt assidue, nihil non tentantes quo illam vel delerent, vel labefacerent, vel possiderent ac profanarent. Alius porro erat tuus animi dolor amarissimus, dum vides aliam vestimentorum tuorum diuisionem, hæreticorum pestilentiam & atrocitates in ecclesijs: vrmachinentur illarum deceptiones & peruersiones, vt diuidant & vastent, vt alias erigant impias malignantium congregationes, & vestes illis inducant non tuas, vt alium Christum subdole fabricentur, & adorandum intrudent; & hæc omnia vt peruersissimè faciant & obstinatissimè. Ac ne hi quidem aliquid aduersus tuam illam vnicam Ecclesiam vel potuerunt vel possunt, sed lædunt illam tamen perniciosè, magis quàm Tyranni, & apertius de ea fortiuntur. Nihil enim aliud totis diebus agunt, quàm sibi singuli illam vnicā Catholicam arrogare: Nos sumus Ecclesia Dei vniuersalis, nos illa sponsa Christi, nos incōfutilis Christi vestis. Sunt heri nati, sunt sæx noua antiquarum hæresum, suas etiam singulicarum cœtus per se obtrudunt hæresum prauitates & pestilentias. Fuit & alia fortitio in vnicam tuam Ecclesiam, cui item vehementer indoluisti benigne IESV: per tot enim in hac tua Ecclesia schismata representabatur vestis tua incōfutilis ob oculos,

dum, stante quidem Ecclesiæ vnitæ, vnaquæque sibi illam arrogat factio, & animosè atque amarulenter contendit suam esse; quod fuit deplorandum malum in Catholica Ecclesia, & non adeò rarum. Hæc ego, bone IESV, balbutio; tu nouisti qui in illa tuorum vestimentorum diuisione, & incōfutilis fortitione, deplorasti omnes Ecclesiæ tuæ calamitates. Iam inde postquam ad crucem damnatus fuisti, sancte IESV, curauit Iudæorum malignitas, & permisiit Pilatus, vt cum duobus latronibus ad crucem ducereris, & tecum simul illi crucifigerentur hinc inde, tu medius quasi Princeps latronū in loco honestiori. O peruersitatem execrabilem! Crucifigitis tanquam facinorosum & infamē hominem & detestabilem; nec vobis id sat est, nisi eius rei argumentum publicè proponatis, & ad hoc testimonio iniquorum hominum abutamini: hoc enim fuit cōfcleratum vestrum consilium; Omnibus non possumus nos testari sceleratum hominem fuisse IESVM Nazarenū, hi duo latrones simul cum ipso ducti, simul crucifixi, id abundè testificabuntur tacentes. At non tacent, & pestilentia bestiarum, sed vnus ex cruce pugnat acerrimè pro IESV contra alterum; illum accusat impietatis, Christum nō iustum solum profiteretur, sed Dominum & Regem; qua fide nixus, & animi compunctione ac cordis deuotione impulsus, petit à Christo crucifixo vt sui meminerit, dum venerit exutus illa mortalitate in Regnum quod nunc eius est, quod nunc quidem possidet, sed nec corpori suo communicat, nec cuiquam adhuc mortaliū. Hæc cum significaret sanctus Iatro è cruce, intelligebatis Iudæi (nisi vos furie vestre impediebant) contra vobis euenire quàm putabatis; è latrone præclarissimum testimonium Christum retulisse, nec ex ipsius societate prouenisse ignominiam illi, sed gloriam apud vniuersos spectatores, & omnem hominum posteritatem. Atque adeò contra vos etiam ipsos causam egit fortissimus Iatro: nam si IESVS nihil mali egit, vos omne malum fecistis illum crucifigendo. Etenim non hominem tantum cum summa ignominia & cruciatu interfecistis, sed Deum; quamuis per ignorantiam, sed tamen Deum ne castis per vestram malitiam, obsecrationem, atque obstinationem, in quibus summa erat culpa & malignitas; vnde summum maleficium quod in vobis



bis fuit, patrauitis. Audite, infani, quid dicat  
sanctus latro; Nos digna factis recipimus.  
Agnoscat culpam suorum facinorum, cruce  
se dignum proficitur; quibus verbis & ge-  
stis vos vehementer condemnat, qui cum  
digna omni supplicio faciatis, culpam non  
agnoscitis; & non solum non agnoscitis vos  
esse poena aliqua dignos, sed exultatis in re  
omnium pessima: igitur summa vestra per-  
uerfitate summam iram vobis thesaurizastis  
in diem iræ & iusti iudicii Dei. Latro Chri-  
stum regem gloriæ proficitur, & Paradisi  
donatorem; vos pro blasphemo, seditioso,  
& scelerato homine crucifigitis: quid igitur  
fiet? Gloriam ille accipiet à Christo sempiternam  
singularem priuilegio; vos excellenti  
Dei iustitia sepeliemini in inferno profun-  
dissime, & acerbissime cruciabimini in æternum,  
nisi respiscatis. Sed quid respondisti,  
magne IESV, tuo profelyto? Amen dico  
tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Vide-  
te rursus vestri consilij exitum: voluistis  
per latrones augere IESV infamiam, ipse  
verò non solum per latronem celebratur  
Dominus & Rex gloriæ, sed pollicetur para-  
disum penitenti latroni, fidem in ipsum, &  
spem, & charitatem exerenti; quod bene-  
ficio vehementissima fuit attractio om-  
nium mortalium ad se. Qui enim ad se tra-  
xit latronem paulo antè conuiciantem, & in  
momento temporis illum iustum fecit; quem  
peccatorem non eo exemplo atque miseri-  
cordia vocauit, inuitauit, atque attraxit? cui  
non demonstrauit illam esse summam vim  
quæ regno Dei affertur, si sola Dei miseri-  
cordia & gratia nitentes, in extrema etiam  
vitæ linea opéra fidei, spei, & charitatis ex-  
erceamus, peccata confiteamur, misericor-  
diam Dei imploremus per Christi crucem?  
quæ omnia latro in cruce moriens præstitit;  
credidit enim regni celestis donatorem, qui ta-  
mè pèdens in cruce moriebatur; quare & Deum  
credidit, qui per mortem gloriam æternam  
conferret hominibus: sperauit se illud ab ip-  
so regnum recepturum, & quidem eius be-  
neficio & gratia, ut qui cōfiteretur se peccato-  
rem & poenā dignum: simul adhibebat pia  
opéra, quæ certam spem facerent; charitas  
enim illius & zelus extitit singularis in Chri-  
stum, quum eius innocentiam propugnaret a-  
cerissime contra alterum latronem, & eun-  
dem contendit ad sanitatem attrahere. Nul-  
lus tamen hoc exemplo adductus ita desipiat,

ut poenitentiam ad finem vitæ differat, ea  
enim esset Dei insolens tentatio, & quæ fa-  
ceret ut ne tunc quidem à Deo exaudiretur,  
nec idoneam adduceret poenitentiam: & ta-  
men, vique res habeat, semper esse hoc  
exemplum posset & validum & salutare om-  
nibus. Tu verò, magne IESV, amico tuo  
respondes ad cor; Amen dico tibi: quid Do-  
mine? Me, qui sum verbum Dei æternum,  
dico in corde tuo, do tibi meæ diuinitatis gu-  
stum internum, & spirituales Regni mei pri-  
mitias, qui sum paulo post daturus diuinitatis  
conspicuum; & hoc quidem donum, & quod  
daturus sum solenni mea asseueratione con-  
firmo, quam per Amen solebam significare.  
Quid addis verò Rex gloriæ IESV? Hodie.  
Aperiam tibi meum æternum hodie, in quo  
à Patre sum generatus & generor. In hodie  
quidem hoc temporali tu fuisti homo sceleratus,  
& iniquus latro, & in me conuiciator &  
blasphemus: at verò ab hoc hodie, & ab his  
malis ego te traducam in meum hodie, ut  
vivas in mea æternitate, Mecum; & hoc tibi  
beneficium præsto de mea in te benignitate.  
En explicio tibi quid sit esse in mea gloria: esse  
quidem cum Angelis & Sanctis meis, quod  
magnum quidem est donum, sed in eo mea  
gloria non consistit, sed ut mecum sis, me vi-  
deas, me possideas ipsum, tum quā Deus,  
tum quā homo sum. Mecum eris, & ego  
tecum: quare tecum ego, & Pater, & Spiritus  
sanctus erimus, & sempiternam mansio-  
nem apud te faciemus. Eris. Eras tu quidem  
malus & facinorosus homo, corrueras ani-  
mam tuam, potentias tuas, & corpus tuum:  
eras quasi qui non esses, de tua ista cruce in in-  
fernum inferiorem miserissime conijciendus:  
erat totum tuum esse abominabile; quot  
enim peccatis animam tuam contaminaueras,  
tot illam plagis crudelibus vulneraueras  
& lethalibus: eras ad nihilum reductus pro-  
pter iniquitates tuas; nullum est enim pec-  
catum quod horrendum nihilum non infligat  
peccatori; mortem videlicet sempiternam.  
At hæc omnia horrenda mala ego à te  
iam depuli per gratiam meam, per dona  
mea; ille amplius non es qui fuisti, sed non  
apparet adhuc quid eris: hodie similis mei  
eris, quia videbis me sicuti sum, & mortale  
istud tuum tandem ex me induet immortalitatem.  
In Paradiso. In quo, Domine IESV, Paradiso?  
In celesti apud infernum. O ineffabile Sacramentum!  
o adorandam,



Christe IESU, tuam & potentiam & benignitatem! Verè tuum est ima cum summis coniungere; hominem cum Deo, mortem cum vita aeterna, infernum cum paradiso: in quibus rebus elucet tua summa misericordia, & per hanc potentia tua infinita, Eris in Paradiso; hoc est enim regnum meum, gloria mea & diuinitas: possidebis hoc regnum, hanc gloriam tibi ostendam, & meam diuinitatem: hæc erit tua vita sempiterna, vnde iam nunc emitto in animum tuum radios lucis diuinæ suauissimos. Tu frater meus factus es, tu amicus meus, tu socius, tu modò mecum regnabis in aeternū, confortare, & esto robustus in me. O Domine sancte IESU, moriens das paradisum; quare morte tua vitam aperis sempiternam, simul facis mihi animum vt à te petam similiter atque latro è cruce. Ego plusquā latro sum ante te, à facie delictorū meorum quæ tu scis; & quemadmodum larocinia illa sint scis; & quam crucem & poenam propter illa merear tu scis. Offero me, Domine, poenæ cuiusque de manu tua, modò à culpa liberer, & aeterna poena quam infligis inimicis tuis. Respice me vt amicum, corripe vt filium, suscipe vt fratrem; tu enim è latrone potes me facere & amicum & fratrem. Hoc si facias, vt facies, quæ tua est benignitas & misericordia, audebo cum sancto latrone petere ex te vt mei memineris è regno tuo, & audiam spiritum tuum in corde meo dicentem dulcissimè, Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso, & sentiam in spiritu meo illa mihi verba exponi, & quasi inchoari regnum tuum & immortalitè in mea hac mortalitate. Verè conuenerunt, Domine Deus, aduersum sanctum Puerum tuum IESUM Herodes & Pontius Pilatus cum Gentibus & populis Israel, facere quæ manus tua & consilium tuum decreuerant fieri. Quid enim hæc homines impij fecerūt, quàm quæ Propheta prædixerant, & quæ nunc faciunt in te? Quàm clarè dixit Dauid, Quem tu percussisti persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt; factus sum Psal. 34 opprobrium illis, viderunt me, & mouerunt capita sua; dilatauerunt super me os suum; Rom. 15. dixerunt euge, euge; vah, vah, heach, heach, Psal. 22 impropria impropertium mihi ceciderūt super me; ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis; omnes videntes me, deriserunt me, loquuti sunt labijs, & mouerunt caput. Omnia hæc in te

facta sunt, o moriens in cruce IESU. Indoluisti ad opprobria & blasphemias execrabiles vehementer; & tamen vt omnia alia tua mala, ira hæc patientissimè toleras: scis tu hoc pacto Patris obedientiam sanctam implere, mundum redimere, mortalibus præbere diuinum exemplum patientiæ, & mansuetudinis, & charitatis. Illi te amare subsannant, tu dulciter illis benedicis & bene optas: illi prætereuntes contemptim insultant tibi, te habent ludibrio, in te mouent caput, quasi deceptorem notantes acerbè, in te calumniam deuoluunt illudentes; Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reedificas, salua temetipsum, quod non vales etiam si velis; si Filius Dei es, quod non es, descende de cruce, eripe te ab istis cruciatibus & morte, quod facere non potes. Quid malitiosius? quid virulentius? Ad hæc quid respondes, benigne IESU, in animo tuo? etiam si longè assidissimò? Vos præteritis me & negligitis, ego per crucem hanc transeo ad gloriam sempiternam, vobis etiam, si tamen velitis vi meo beneficio, comparandam: vos hoc facitis per mei contemptum, ego hunc transitum celebroy, propterea quod genus humanum tantū aestimaui, tam precioso loco habui & habeo, vt pro eius salute hanc mortalitatem & mortem assumpserim libenter: vos mihi insultatis, me habetis ludibrio; ego in animos vestros alia ratione insulto, quum vos ad lucem & veritatem Dei permoueam, continetis, si sentire velletis; vt vos è Demonum ludibrio eruam, & vestris miserijs: mouetis capita vestra in me, quati me deceptorem notantes; ego caput meum mouere non possum præ cruciatu quem vos mihi artulistis, moueo tamen è capite linguam, non qua notem vestra scelera, sed qua excusam apud Patrem, & ignorantiam vestram pro culpâ vestrâ excusatione adduco: vos me calumniastis de templi demolitione & erectione; ego vobis quod falsò mihi imponitis verè dicam; humanitas mea & vita templū Dei est sanctum, vos tamen humanitatē meam nunc destruitis, & eripitis mihi vitam; ego verò in tribus diebus illam humanitatem mihi restituum & vitam: ita me templum, quod nunc vos soluitis, ego tertia die excitabo; per gloriosam meam è morte resurrectionem. Vos per irrisionem clamat; Salua temetipsum; quod me facere non creditis; ego verò hoc pacto saluum facio genus humanum, quod me saluum



num non facio, hoc est, nec à cruce libero, nec à morte: sic enim gloriam & mihi & humano generi paro, quod longè & diuinius & potentius est. Illud tandem quod additis; Si Filius Dei es, descende de cruce; per ironiam & ludibrium vos dicis; ego verò vobis respondeo, quod Dei quidem Filius sum, & possem de cruce descendere si vellem, sed nolo, quia Pater non vult, & ego libenter eius voluntatem impleo, quem scio per meam crucem & mortem velle homines saluos fieri, alia ratione nolle; quæ summa est eius misericordia, & iustitia, & charitas. Ego sum in cruce, & morior in cruce, & nolo non mori in cruce, vt vos ab æterna cruce, cruciatibus, & morte liberem, si velitis; neque enim aliter potestis euadere, è manibus Satanæ & inferni, & hæc quidem ad alios. Quid vos autem, confeleraui Principes Sacerdotum, Scribæ, & Seniores? Non fat est si illum morte turpissima afficiamus, placet præterea nobis quæ in illius opprobrium fecerunt quatuor milites; laudamus quæ nunc audiuimus aduersus illum iactari opprobria; scimus his cruciari animum eius, & gaudemus: verum his contenti non sumus, nisi illa quasi confirmantes, nostras contumelias ipsi ingeramus; Alios saluos fecit, se non potest saluum facere. Cum summa malignitate Christo illudunt atque acerbitate: eo videlicet spectant eorum blasphemiarum, vt in dubium reuocent omnia miracula Christi, vnde concidat eius existimatio & doctrina, & aboleant eius acta omnia: si alios saluos verè fecit, se potest saluum facere: quod quum non possit, faceret enim si posset: (Mentimini sceleratissime) sit vt alios verè & diuina potentia non fecerit saluos, sed Beelzebub præstigijs & incantatione. Ementimini, & hoc malitiosissime. Verum o Diabolos, non homines! Virtute Satanæ fecit miracula Christus? Qua ergo virtute mortuos suscitauit? qua cæcum mutum sanauit? qua cordis vestri cogitationes & sciuit & traduxit? qua Satanam tentatorem superauit? qua virtute Dæmones imperio expulit è corporibus miserorum hominum? Num Dæmon contrarius est Dæmoni, & vult regnum suum non stare? cur illum timent Dæmones? cur cum rogant ne mittat in abyssum? Num

veritati dant verè testimonium Dæmones? Num Dæmones, iustitiam & sanctos mores qui docent, eos tandem adiuuant? Quis innumeras virtutes supra omnem vim diabolicam fecit? quis vestrum exercitum verbo in terram prostrauit cum vestris Dæmonibus? secuti enim Satanam & proditorum ludam, ad I E S V M comprehendendum properabatis. Diuina igitur virtute & Satanam & ludam percussit I E S V S, ac in terram deiecit. Si I E S V S semper egit contra Satanam, vt egit; quomodo Dæmon illa gesta Christi per miracula sua confirmat & fecit, contra suam superbiam, & inuidiam, & regnum tartareum? Vel nunc animaduertite belluæ; quis Eclipsim solis & lunæ facit horribilem, etiam omnibus seculis inauditam? Num hoc potest dæmon, & deplorat mortem Christi? O insensata capita! Hæc cum ita sint, & infinita huiusmodi alia, contra est quàm vos blasphematis; alios enim vera sua virtute diuina saluos fecit, & se posset saluum facere si vellet, sed id non vult, sed potius mortem oppetere pro veritate Dei, & hominum salute, & vita sempiterna; quandoquidem ita Pater Deus constituit. Quod si gloriosum est pro bono mori, commendat in mortales charitatem suam Christus, qui vitam ponit non pro bono solum, sed pro liberandis malis hominibus, & inimicis suis & Dei, ab omni malo; quod omnibus miraculis & maius est & gloriosius. O magne I E S V, quas in te blasphemias pateris, & ramen cruciatus tui continenter augentur, & ad mortem properant! Addunt impij Principes; Si Rex Israël est, descendat nunc de cruce, & credimus ei: saluum se faciat, si hic est Christus Dei electus. Affligitis afflictissimum cor meum, Principes, vestris illusionibus, & super dolorem vulnerum meorum additis, qui deberetis saltem meis cruciatibus & morte esse contenti, & intelligere non esse afflictio adijciendam afflictionem. Hæc tu, bone I E S V, in corde tuo dicebas, & maledicentibus non maledicebas; sed contra inter tuos summos dolores benignè illis respondebas interiùs, si quoquo modo audire vellent, si quem fructum concipere possent: Sum ego Rex Israël, sum Christus quem vos ex scripturis expectatis, & recipere debetis, sum



Ioan. 5.

Filius Dei: quæ à me audistis non semel; hæc vobis demonstrant scripturæ ipsæ, in quibus spem putatis habere, illas considerate, & veritatem quam ego vobis prædicaui intelligetis; præsertim quum meam doctrinam & acta tot miraculis confirmaverim divinitus: scrutamini scripturas, & videbitis non meam doctrinam solum & acta illas exposuisse, sed vestras actiones omnes in me, vestra odia, vestra maledicta, crucem etiam meam & mortem, & omnes passiones meas in illis legetis, & cur mori voluerim illic quoque perspicietis, pro mortalium videlicet peccatis, non meis; pro gloria hominum sempiterna, non pro mea. Illinc quoque cognoscetis hanc meam mortem non fore diuturnam, sed triduo me meipsum esse à mortuis suscitaturum, deinde ad Patrem esse me ascensurum: hæc continent vestra scripturæ, hæc ego docui, & innumerabilibus signis, quorum tam fuistis semper audi, confirmaui. Illud præterea in eisdem scripturis conspicietis, me Regem quidem esse constitutum super Sion Montem sanctum Dei; quod Regnum etiam si accepi à Deo iam inde à mea conceptione, tamen per passionem & mortem intrare oportuit me in huius Regni possessionem & usum. Itaque & Patris voluntati & meæ non est consentaneum, vel scripturæ, vel rationibus mei Regni, ut descendam de cruce; mea enim mors Regnum meum est & gloria: & hoc sciatis, quod mea doctrina & miracula per mortem vim acceperunt, quare fieri non potest ut ego non moriar, vel de cruce descendam; nec fieri rursus potest, ut quæ per mortem meam futuram vim habuerunt, ea infirmetur per descensum meum à cruce, & liberationem à morte. Hoc gratum esset Satanæ, ut per impatientiam & animi imbecillitatem viderer crucem sustinere non potuisse, & noluisse Patris mei voluntatem implere, & velle me quæ hæcenus gessi, quæ gesturus sum, tum Regnum meum spirituale everti, si consummationem gestorum meorum non apponerem, quæ mors mea est in cruce. Existimatis vos, Principes, crucem mihi contra voluntatem euenisse; erratis, summa mea voluntate eam desideravi iam inde cum primum fui inter homines homo, & libenter eam nunc perpetior: est enim mihi gratissi-

Psal. 2.

Luc. 24.

1. cor. 15.

ma crux mea, etiam si sit eadem acerbissima. Quod verò additis credituros vos si descendam de cruce, ex animo non dicitis; non enim ne sic quidem crederetis, qui propter maiora mea miracula non credidistis: neque credere possitis salutariter si descenderem de cruce; etenim scripturæ in me spem non constituunt descendente de cruce, sed in cruce moriente. Deponar ego de cruce mortuus, resurgam è mortuis, ascendam in cælum, tunc credetis in me multi Sacerdotes & Pharisæi. Desinite igitur maledicere, & conuiciari: quod si nunc propter vestram animositatem impetum animorum cohibere non potestis, hæc aliquando cogitantes ad sanitatem contendetis, ad quod ego, nisi repugneris, iuuare vos non prætermittam; & facere etiam ut crucis vestras non recusetis. Hæc opprobria, & illusiones, tuo animo ingentem poenam afferebant o-mnibus immortali IESU, tum illa quæ per hæc tibi representabantur etiam maiorem. Hi enim te in cruce pendentem, despiciunt, factum opprobrium hominum, & plebis abiectionem, blasphemabant, & quidem te Deum esse ignorabant; etiam si scire & potuissent & debebant, nesciebant tamē: at videbas tu, magne IESU, de cruce illas easdem blasphemias, atque adeo atrociores à multo maxima parte Iudæorum iactatum iri vsque ad consummationem seculorum, in te regnantem in orbe terrarū, non solum in cælo, & de ipsis triumphantem; infinitam item idololatrarū multitudinem videbas tibi impiè ac barbarè præferre abominandum Mahometem; Hæreticos intuebaris insanire in te tuamque doctrinam, omnia corrumpentes, omnia deprauantes, suum Christum, suam doctrinam tibi vero Christo, & doctrinæ tuæ antepponentes. Hæ cogitationes affligebant tum animum vehementissimè magne IESU; sed vehementius etiam futuræ Christianorum infandæ blasphemie, qui te verum Deum, verè crucifixum, verè resurrexisse, & in celis regnare credentes, contumelias tamen ore sacrilego erant sæpenumero in te coniecturi fœdas, & omni opprobrio plenas & impietate. Hæc omnia quasi præsentia te affligebant sancte IESU, tuos dolores & cruciatus augebant; & ex his illa præsertim quas scie-

Psal. 118.

bas



bas non esse condonandas, quasi videns tuum sanguinem vt pollutum reijci & conculcari. Observabant Principes morientem Christum, & Seniores, & Scribæ, observabant omnes, observabant Dæmones, Angeli item; hi quidem partim cum summa parricidij, atque adeo deicidij detestatione, partim cum summis laudibus sapientiæ Dei & misericordiæ, cum ingenti expectatione incomparabilis utilitatis, quam videbant ex cruce Christi & morte proventuram: neque tamen vllus, vt in horro, IESVM consolabatur vel confortabat. Dæmonibus placebat mors IESV, quia malum erat, non placebat quia malum suum fore timebant; erant in tetra mentis constitutione & infernali. Principes verò, Seniores, & Scribæ odium & malignitatem in Christum non solum non remittebant, sed augebant etiam; & eò erant Dæmonibus peiores, quòd illi mortem IESV impedire voluissent iam si possent, hi maiori obstinatione illam desiderabant, & furiosius ad finem desiderij sui properabant, & diuturnum nimium deputabant tempus quo mors differebatur, nisi quòd illius cruciatibus delebatur vehementer homines sanissimi. Horum furem sequebantur ministri, & alia ludæorum multitudo autoritate principum commota IESVM deridebat, milites barbarica magis, atque insita ferocitate atque crudelitate insaniebant in bonum IESVM. Et quidem non cessabant identidem probra & contumeliæ in Christum iactari, & blasphemiz, nisi quando Christus loquebatur; quæ verò loquebatur, contumeliosè subsannabantur. O moriens vita æterna IESV, quam acerbè, quam ignominiosè, quam desolatè moreris! Verè in vera cruce moreris verus homo & verus Deus; & vt voluisti, Pater, tu, & Spiritus sanctus, ita moreris. An in cruce quid agebas magne IESV? Mea erat tunc actio, vt non solum patienter mortem, & amarissimos mortis dolores, & tristitias subirem, sed summa cum magnanimitate, & diuina quadam animi alacritate: non timebam, vt in horto, mortem, sed generosissimè illam superabam; nec postulabam à Patre vt transfret calix à me si fieri posset: orauì enim in horto vt veritatem meæ humanitatis & carnis manifestarem, & negari non posset me verè pati & mori posse;

nunc verò illam veritatem carnis represento moriens; omnia autem in cruce ago constantissimè atque sedatissimè. Iam primum orauì pro meis crucifixoribus, indolui vehementer vestium meorum diuisioni & fortitioni, quæ miserandam rerum futurarum faciem representabant; sustinui opprobria, blasphemias, & impietates cum singulari animi dolore; graue mihi fuit audire à latronibus simul crucifixis conuicia, tum ab altero blasphemias; in alterum tamen misericordiam meam explicauì, & è latrone sanctum feci, è morte in Paradisum & vitam æternam asserui; quod in summis doloribus fuit mihi causa aliqua recreationis. Post hæc omnia cum essem afflictissimus, & accessionem cruciatu mei acciperent in singula momenta maiorem, atque ad mortem meam seruo passu approperebant, crescebant simul mei dolores, quos ingentes meæ virtutes excipiebant: conspiciebam omnes mortales ab Adam vsque ad vltimum, pro omnibus meos cruciatu & mortem offerebam Patri, quem sciebam omnes homines velle saluos fieri: itaque omnes salui esse poterant; quod vt possent, absque mea morte non poterant. Obtuli ergo ad sufficientiam pro omnibus mortem meam; pro ijs verò quos sciebam prædestinatos ad gloriam sempiternam, efficaciter præterea offerebam. Addebam orationis perfectionem, gratias agebam Patri pro immensis beneficijs quæ acceperam à Deo, pro morte etiam ipsa, & omnibus poenis meis, quas poenas, quam mortem pro ingenti beneficio agnoscebam: tum pro beneficijs, pro gratia, pro virtutibus, donis, gloria sempiterna, quæ pro hominibus promeritus fueram & promerebar, gratias Deo Patri agebam, & illa omnia ab eo petebam summa cum animi mei pietate. Postulabam verò per omnia mea merita apud Patrem, quæ iam inde habueram postquam sum conceptus in vtero matris meæ virginali, per omnes labores meos, per indignitates, contumelias, impropria, vulnera, per crucem ipsam, & mortem, & mysteria mea omnia, & omnes actiones: omnia verò referebam ad summam Dei omnipotentis gloriam. Hæc agebam moriens, in his perseueraui, præter alias operationes meas diuinas, donec vitam finiui, & spiritum emisi in manus Patris mei.



Porro autem inter hæc, & per totam passionem meam, singularem habui de Matre mea solitudinem & curam; eius enim ingentes dolores, quos sciebam ipsam pati de meis doloribus, cordis mei erant afflictio incomparabilis: nam cum esset charitatis meae unio erga illam, supra quam percipere potestis maxima, & illius item in me secundum meam maximam, fiebat ut illa meas angustias, vulnera, dolores, crucem, mortem cum summo dolore sentiret; ego verò illius maiori etiam quam ipsa. Erat igitur cor meum de Matris meae doloribus amarissimè vulneratum, gladij meae passionis illius animam pertransibant, vicissim illius gladij meam amarior. Conieci ego in illam oculos aliquando, è cruce liuidos & sanguinolentos; neque enim frequenter volui, ne maiorem illi doloris sensum excitarem, nunquam conijcere non patiebatur meus aduersus illam amor & reuerentia: illa in me aspexit frequentius, uterque in alterum aliquando simul. Ex his conspectibus exstabat inter nos in spiritu planctus maior longè, quam ille Adadremmon in campo Mageddon, maior quam Hieremia planctus quasi vnigeniti; sed plusquam vnigeniti, quia Dei vnigeniti, & solius Matris vnigeniti: erat collorquium inter nos in spiritu diuinum. Scio ego, o Mater mea benedicta, si tibi loquar, auctum iri tuos dolores, sed simul noui non minores fore tuas angustias si tibi non loquar; nam tu tecum loqueris, & eò maiorem tibi dolorem inferes, quòd tua verba minus tibi virium spiritualium facient quam mea: tu eadem meditaberis quæ ego dicturus sum, quæ in te affliges cor tuum, & vires quidem accipies spiritus ab excellentia tuarum virtutum; at ego dum eadem commemorabo, vim meam diuinitatis ita exeram, ut etiam si crescant dolores, crescant pariter & patientiæ tuæ & magnanimitatis dona: sum alioqui ea dicturus, quæ te de te dicere non pateretur eximius pudor tuæ humilitatis. Ego te elegi, sancta Virgo, ante mundi constitutionem, puram quidem creaturam, sed ante omnem puram creaturam gloriosissimam creaturam, & ad summam gloriam, & gratiam, & merita prædestinaui te; ut quæ eras futura Mater mea Dei. Itaque in prædestinationis executione, quum reliquos homines permitterem in peccatum cadere, te non permisi, sed præseruaui: ut enim applicabam passionem & mortem meam

Luc. 2.

Zach. 12.  
Iere. 9.  
Thre. 1.

pro alijs, ut à peccatis liberarentur, ita pro te ut in nullum peccatum incideres. Ex te sancta & intemerata Virgine sumpsi carnem meam, & factus sum homo: meministi diuinitatem meam incarnationis, & quanta fuerit in anima tua Dei laus, quanta spiritus exultatio; quam multa & magna dona non solum antè à me acceperis, sed tunc præcipuè. Tu me in virginalem uterum suscepisti & nutristi, tu peperisti & lactasti; quot de me miracula iam tunc intellexisti, quot vidisti! & tamen fuerunt illa initia condita suis acerbitatibus. Vidisti enim me circumcidi, fugisti mecum in Aegyptum, timuisti Archelaum; dolorem post illa acceperisti propter me, quum vobis nescientibus in templo remansi; vixisti mecum in paupertate usque ad annum trigessimum: postea verò maiores de me passa es timores & sollicitudines, quum in me scires Iudæos implacabili odio esse inflammaros, & necem tam sæpè mihi intentare. Neque verò, ut nosti, hæc sola tunc passa fuisti, sed perpetuam tristitiam in corde gessisti de mea passione & morte futura; feci enim te consciam, ut rerum mearum omnium, ita passionis future & mortis; & quales ego propter illam patiebar tristitias continenter, tales tu accipiebas: eram ego homo dolorum, tu mulier dolorum; eram ego summis virtutibus ornatus, & donis, & visione diuinitatis excelsus, quibus rebus vitæ difficultates superabam; eras tu excellentibus virtutibus prædita, & donis, & diuina contemplatione sublimis; unde item tuas vitæ difficultates vincebas per me. Sic eramus ego & tu quum in passionem meam sum ingressus, & tu in mearum passionum omnium compassione, & ego vicissim in tuarum: neque enim debui etiam absenti meos dolores non significare, quod faciebat immensa unio illa amoris mei erga te, qui me à te separari non patiebatur, vel nostra inter nos non esse omnia communia. Duplices dolores dolui hactenus & doleo, & donec hanc vitam viuam dolebo, de meis cruciatibus immensos, de tuis summos. Fuit mihi acerbum tor contumelias pati, tor vulnera, mortem tam ignominiosam, mori me Filium Patris æterni, simul tuum Virginis sacrosanctæ. Vidi quæ iam inde ab homo passa es, quæ nunc patiaris propter me contempler, & quæ passura es donec spiritum emittam; singuli mei dolores & cruciatu animam tuam ut gla-

Luc. 2.

Iue. 13.



ut gladij cruceles traiciunt; traiciunt simul tui meam. Sunt acerbitates incomparabiles, o Mater mea dilecta, quas patior, sunt immensi quos patior & animi & corporis cruciatus; adduntur tamen de tuis peccatis & doloribus summi; & tamen hos etiam meos de te dolores necessario esse mihi ferendos video, quos ego, ut summa cum amaritudine sentio, ita summa cum animi mei voluntate recipio. O Pater immensa potestatis, sis benedictus in secula sempiternus: tuin has angustias me tradidisti, ut vnde mihi dolor esset minuendus, inde etiam augetur. Requiescere ego solebam in sinu Matris mee iucundissimè, illa meos dolores & vitæ difficultates consolabatur, ego vicissim illius; at nunc uterque alterius auget dolores, illa meos, ego illius. O duras vicissitudines & amaras! ego te meis acerbitatibus afficio Mater mea, tu me tuis; uterque ad Deum confugiamus: ego sum illius Filius coæternus, tu coæterni eius Filij Mater; ego ex eius obedientia patior crucem, tu tuam crucem de cruce mea sustines ex eadem. O Pater æternæ, si tua est voluntas, succurre Filio tuo, succurre sponsæ tuæ Matri Filij tui. Verum en Mater non exaudit me, & hoc vult esse in meis & passionibus, & compassione tua, ut neuter consolationem accipiat, sed virtutem tantum patiendi, & magnanimitatē: hac utamur Mater mea benedicta. Respondet verò Virgo Mater: Agnosco quæ dicis, fili mi in cruce moriens, fili mi, Deus & vita cordis mei sempiterna; scio beneficia summa quæ in ancillam tuam contulisti, inter quæ singularem locum obtinet, quod me dignatus es tuarū passionum facere consortem & sociam; simul dederis ut cum summa animi fortitudine summos dolores pertulerim & perferā: ago tibi gratias, sancte fili, quam possum maximas, sed heu me desolatā, & ultimo mœrore confectam! sum Mater omnipotentis Dei, & hunc vidi hæcenus tam indignè, tam contumeliosè, tam atrociter affligi; deinde flagellari atrocissimè, sauisimis spinis coronari, crucem baiulare cum latronibus ad Caluarię locum, extendi ad crucem truculētissimè, luxuri omnia eius ossa & loco moueri, cum acerbissimo neruorum cruciatu, cruci affigi, leuari & statui crucem: quæ omnia video amarissimè etiam nunc meum filium torquere. Hei me mulierem dolorū: sentio quidē ego hos omnes dolores in corpore & in anima mea,

sed leuia sunt quæ ego sentio, illud quod ego non sentio, & sentit filius meus Deus, est longè grauissimum atque acerbissimum. O fili mi, fili mi! o fili Dei viui! Tu es vita æterna, & tamen moreris, & eris statim mortuus: moreris quidem ut immortalitatem mortalibus inferas, sed moreris tamen. Tu es vita cordis mei, & moreris, & operatur in me ista mors, ut vita mea, quæ cum tua morte coniungi desiderat, vires viuendi accipiat, & mortem tuam viuens patiat, qui est acutissimus animæ meæ gladius. Heu fili mi, fili mi, quæ cor meum audiuit ex te, magnam consolationem animæ attulissent si non moreris; sed moreris, & in cruce moreris, & plenus infinitis doloribus moretis, neque vis dolores in te remitti, neque ego meos possum remittere vel debeat, quod intelligo te velle. Hei fili mi, fili mi, amor meus, & viscera cordis mei: crucifixus amor meus, viscera cordis mei sunt crucifixa; moriūtur, & cum cruciatu moriūtur: languo simul ego & morior, sed sentio per mortem tuam fulciri vitam amoris mei: & renouari, & maiorem fieri amorem per filij mei mortem renouatum. O fili moriens, video nec me posse plura pati quàm patior, nec id te velle; & tamen simul conspicio extremum dolorem & tibi & mihi mortis tuæ imminere: ad hunc perferendum cor meum fulcias & sustentens benigne fili. Fulciam, sustentabo, vires etiam augebo quibus meam etiam mortem feras magnanimitè, nec hoc solum accipies à me donum, sed illud etiam: en dabo tibi vicarium mei erga te amoris, & obseruantia, & filialium obsequiorum Ioannem; iste erit pro me filius tuus: est vnio Ioan. 19. amoris inter me & illū eximia, & præcipuum priuilegium; illam ego & illud transferam in te. Hæc cum in spiritu dixisset bonus IESVS, & ei significasset ut ad se accederet, dixit præsentis; Mulier ecce filius tuus. In nuptijs quidem huius Ioannis audisti quum tibi Ioan. 2. dixi, Mulier; nunc rursum audis, Mulier; illic ut ostenderem me Deum, hic ut hominem quidem, sed qui desinam esse homo per mortem. Eram ego tibi subditus pro ratione mysteriorum meæ carnis mortalis, eam rationem subiectionis ego exuam per mortem, per resurrectionem meam, & gloriam etiam corporis sempiternam: illa tamē induo dilectum consobrinum; is meam illam subiectionem erga te subeat & expleat, sit tibi subditus filius ut ego eram. Neque propterea quod in filium



Filius do tibi nepotem tuum, ego non ero Filius tuus; ero, & in sempiternum ero; sed his tribus diebus ero Filius tuus mortuus; postea in terra non versabor ut solebam; ascendam enim ad cælum, sedebo ad dexteram Patris mei omnipotentis. Me quidē præsenti habebis & mortuum, & in cælo regnantem, & è cælo; sed in spiritu, & in donis tuis excellentibus: sæpè item tibi præsens præsenti apparebo; sed pro mea quotidiana præsentiā & obsequio substituo Ioannem, in quo me videas, & meo vtaris obsequio. Tu verò, dilecte discipule, excellentia hæc tuis à me dona accepisti, amoris priuilegium, virginitatis ornamentū, sublimē diuinitatis meæ cognitionē, alia plurima; sed quod nunc à me accipis, est excellentissimum; Ecce Mater tua: hæc mea Mater sit tua mater, tu eius filius; in hac accipis maiore amorem quàm tuū, digniore virginitatē quàm tuā, scientiā meā diuinitatis, quàm tua sit, altiore. Mea est hæc Mater Dei excelsa, & tamen incomparabili prærogatiua sit tua etiam mater; tu illam ama, obserua, cole; ut quæ tua facta est mater per meam hanc arrogationem: ut quæ mea est Mater Dei, & quæ de manu mea datur tibi in matrem: in eius obsequijs, prouidentia, sollicitudine me imitare; in te conquesceat, in te soletur meam absentiam, & suam solitudinem: faciam ego ut in te videat me, sentiat me, me ut præsenti contempletur; & ita dona tua augebo, ut præcipuam agnoscat illa in te mei imaginem & similitudinem. Potuerunt hæc verba quæ ad matrem & ad Ioannem habuisti, IESV bone, consolationem tibi afferre & illis, nisi tanta fuisset doloris & tui & ipsorum vehementia & accessio, ut omnem consolationem superaret. Erant in proclui omnia, virtus tua naturalis & calor, radicalis humor, sanguis tuus; ferociebant vulnera atrocissimè, quasi vires suas omnes in te colligentiā: sæuebat per hæc omnia mors, erat ad finem adducta vita tua magne IESV; & sentiebas in vltima afflictione tua & maxima Patrem tamen tuum te dereliquisse, ac nolle te à morte liberare, nec cruciatus tuos minuere, nec animā solari. Ita verior erat tua mors & plenior, maior Patris ostendebatur iustitia, maior tua obedientia, immensa vtiusque misericordia, copiosior redemptio. Verum, ô bone IESV, quomodo hanc destitutionem sensisti? Dereliquit me Pater in meis laboribus omnibus, tristitijs, ac doloribus vitæ meæ: voluit ut ve-

re paterer, verus essem mortalium Redemptor. Fui ego quidem semper beatus, sed ex ea beatitudine semel duntaxat fuit gloria communicata corpori meo vniuerso; sed tamen in alijs afflictionibus meis quas hæc tuis sum perpeffus, horti, flagellationis, coronæ spinee, crucifixionis, suspendij, & alijs, aliquid erat quo niteretur mea humanitas: consumebatur quidem meæ vires, sed ita ut aliquid semper esset residuum cui inniteretur, & quo vita fulciretur; at verò nunc vires ipsæ omnes deficiunt me: veni in limi mei profunditatē, id est humanæ meæ vitæ finem; nec est in ea quicquam quod cōsistat, vel quo niti possim; est sensus animæ meæ suprà quàm intelligere possitis afflictissimus. Fuit semper in me constantissima voluntas ut Patris mei voluntas adimpleretur: sed quum à diuinitate, vel ex meæ mentis gloria subsidium nunc non accipiam, & suis viribus mea humanitas relinquitur, cōsequens est ut ipsa explicet quæ patitur, & quæ Patris voluntati subdit. Ea verò sunt non soli interiores cruciatus & exteriores, sed ille præterea acerbissimus, quod in cruciatibus sentiebat inferior animæ meæ portio à Patre se derelictam: illi enim dolores mortem mihi afferebant, derelictio faciebat ut illos amarissimè sentirem; neque enim fuit illa derelictio aliqua consolatione temperata, sed purissima, nihil planè consolationis vel refrigerij habens coniunctum. Magnitudo hæc doloris extremi effecit, ut magna vehementia ea exponerem quæ me patiebatur afflicta anima. O Pater, Deus mihi consubstantialis & coæterne! Sum ego splendor gloriæ, & figura substantiæ tuæ; porto omnia verbo virtutis meæ etiam nunc quum purgationem peccatorum facio; sum ad dexterā & æqualitatem maiestatis tuæ in excelsis: simul sum homo, ut tu voluisti, sed ita tamen ut anima mea immensa gloria fruatur in te, summis etiam donis & virtutibus ornatur. Hæc cum ita sint, tamen patior in humanitate extremos ac lethales dolores, ut tu vides. Mors me terret horribiliter, quæ cerno præsentem; & quod verior est & perfectior mea humanitas, & animæ inferior portio, eò magis hæc sentiunt. Hæc omnia vis tu esse verissima, ut sunt, & propterea illa nihil subleuas, sed vis omni ex parte esse quæ sunt, nihilque minui, nihil de illorum plenitudine deesse: propterea me in meis humanis viribus derelinquis. Hæc quum sciam, diuino animi robore

Mar. 16.

Mat. 27.



robore patior omnia ; & quamuis nihil in his iuuere ferendis , constar tamen mea patientia , quò maiores sunt dolores : quare suam afflictionem incomparabilem exprimit anima mea , & quod verè dolet , id verè deplorat gemitu inenarrabili . O Deus meus, Deus meus! O Domine vitæ & mortis meæ ! quare me dereliquisti ? Scio te meam personam non reliquisse ; vnus tu & ego sumus Deus ; scio Verbum meum vnionem suam non deseruisse , nec deserturum ; scio superiorem animæ meæ portionem non destitutam à gloria sua & donis : sed caro , & humanitas ipsa , & animæ inferior pars , & sensus ipsi vt debent cruciatus & mortem pati, ita se in his derelinqui dolent , & deplorant amarissimè , simul & tenerrimè . Quare dereliquisti me ? Intellego quidem quare me dereliquisti Pater , vt videlicet æternum tuum beneplacitum pro mundi reconciliatione impleam ; sed vt pro alijs hæc assumpsi & patior , ita pro ipsis hoc inquiror ; vt intelligant quomobrem patiar , & quare non exaudieris me in horto, vnde hæc confectur derelictio : eorum enim est hæc vox doctrina , non mea querela ; ipsorum debet esse cordibus infixum cur ego patiar , cur in passione à Patre meo sim derelictus . Quod David expressit, verba illa fuisse causam , non meam , sed delictorum meorum , id est mortalium pro quibus patior ; Idem ego volui intelligi cum hæc è cruce clamabam ; derelictio tamen hæc est mihi acerbissima . Si vis scire in me omnia vulnera, omnes dolores, mortem etiam ipsam ; hæc non derelinquis , me derelinquis in horum manibus discrucandam . Sed ad causam cum venio, magis affligor & tenerius ; scio enim cur patiar , sed quòd hoc sciam fortius affligor ; quum quàm plurimos homines videam illam causam neglecturos, vel etiam blasphematos , & iri conculcatum meam passionem & mortem ab infinita hominum multitudine . Causam etiam meæ mortis & cruciarum quamuis sciā , semper tamen etiam secundum meam animæ portionem superiorem quæro : nam ea tandem infinita est tua misericordia, tua iustitia, tua voluntas ; quæ soli diuinitati tuæ, & meæ , & Spiritus sancti diuinitati tuæ, ita est vt nota esse potest . O Deus meus, respice ad clamorem meum : dolores quidem mihi excitat hic clamor mei conatus , tamen illos etiam assumo libens pro

salute hominum : & quamuis sciam me non esse exaudiendum vt liberer à cruciatibus & morte , scio pro quibus morior esse pro illis exaudiendum ; & per istud non exaudiri, mereri omnibus ad vitam prædestinatis salutem & vitam sempiternam . Fuit vsus rationis semper in Christo perfectissimus , & superioris portionis animæ actiones omnes diuinæ , atque à lege Dei æterna excellentissimè gubernatæ : erat rationi superiori subiecta inferior , & omnes appetitus ; nullus in his inerat motus rationi contrarius , ac ne primus quidem extare poterat ; erat enim perfectissimus homo semper Christus etiam in sua passione & cruciatibus omnibus ; attamen corpus eius , & anima corpori naturaliter vnita, patiebantur è violentia & maleficio exteriori . Exstabant passionibus in virtute appetitiua, sed imperatæ à ratione , & voluntariè susceptæ : itaque in summa mentis tranquillitate erat eius anima, & sensus afflictissimus . O adoranda mysteria tua IES V crucifixe! Quid autem nunc reliquum est quod in te admittas magne IES V ? Vt moriar . Verum prius illud obibo, quod quum essem facturus , prædixit futurum scriptura : vno verbo passionibus meas omnes exprimam , nec passionibus solum , sed desideria omnia significabo . Sitio . Adeo in me scuiunt omnia mea vulnera, adeo sanguis est imminutus, adeo sensus mei affliguntur & exstuant, adeo mors vrget violenter, vt tantum non deficiat me radicalis humor vniuersus & prorsus extinguatur : Sitio vehementissimè , sicut anima ; sitiunt omnes sensus , sitiunt omnia vulnera ; aruit tanquam testa virtus mea , in puluerem mortis redigor . Verum cum hoc dicis, sancte IES V , scis futurum, vt ingratisissimum potum tibi propinent carnifices tui , vt celerius subsequatur mors . Scio pessimo aceto me potandum , & hoc eligo , & pono in passionibus meis & merito , tum in mysterio : non sequetur autem citius mors , quamuis auidè eò spectabunt impij homines ; atque adeo vitam producet hæc potio eo dumtaxat tempore quum bibo ; si enim non biberem , iam nunc fui animam exhalaturus : sitio tamen ipsam mortem , & hunc calicem bibere amarissimum quidem , optatissimum tamen . Hunc semper præ oculis mentis habui quoad vixi , semper desideravi : nunc complentur mea omnia desideria , quum video præsen-

Heb. 5.

Joan. 19.

Pf. 21.



presentem mortem. Scio hanc fontem fore infinitum aquarum viuientium, esse fontem salientem in vitam aeternam; coniuncta hac in me sunt, mors & vita aeterna. Est quidem mihi hac sitis optatissima, etiam si eadem longè amarissima, qua simul sitio salutem & vitam omnibus mortalibus; peto ab omnibus ut dent mihi bibere; facio salutem eorum & vitam meam potum, & iubeo ut dent mihi bibere ex ea aqua, quam ego ex hac mea siti & morte conficio, gratia, & caelestium donorum, & omnibus offero ut eam meam sitim expleant. At enim alium potum mihi ipsi obtrudunt ingratisimum, ipsis perniciosissimum, potentiarum suarum prauitatem, & peccata innumerabilia omni spurcitia plena & pestilentia; & tamen ego acetum bibo oblatum in cruce, ut ipsi ne mihi suas acerbitates & contaminationes offerant. O ineffabile tuum beneficium & amorem, benigne IESV, in nos; nostrum contra execrabile maleficiū! Tu in cruce, quasi tuos dolores & angustias oblitus, sitis nostram & salutem & vitam. Clamas, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat: exhibes tot fontes apertos aquarum viuientium, quot sustines vulnera; fontes aeternos aperis in anima tua, eius dolores & acerbitates; infinitum fontem tuā diuinitatis aperis: & nos hac negligimus alij, alij conculcamus, alij desidiosè cogitamus. Aperit nobis Daemon, & nostra animi peruersitas, fontem inferni, fontem ignis sempiterni; hunc fontem quidē haurimus, hunc optamus, nec sentimus miserrimi homines, & omnibus lachrymis deplorādi. luvā nostras depravationes Domine IESV, en cupimus tuam sitim restringere: tu obtulisti illam nobis cupidissimè, ut per eam ad te Deum & fontem viuum adeamus. Tu sitis, Domine, meam salutem, & ex cruce sitis, & moriēs sitis, & moriens Deus sitis; in ista siti aquam offers quam bibam, quam tibi propinē: en accipio in te, & per te, & propter te, Domine meus, Deus meus, vita cordis mei & refrigerium. Consummaueras hactenus per partes, sancte IESV, scripturas quae erant de te, non solum in hac passione tua, sed in omni tuā vitā mortalis oeconomia: in siti verò tua & potu praeludium dedisti vniuersalis consummationis, quum in siti mortem desiderasti subire, & ē vestigio vltimam addis & vniuersalem consummationem. Conspirant enim omnia vulnera, omnes dolores & cruciatus externi,

tum interni in necem tuam, & postremo conatu impressione facta vitam tibi eripere volunt; quod non possent nisi Pater tuus vellet, nisi tu velles: vultis; quid est reliquum nisi mors ipsa? Consummatum igitur prorsus est, sed hac consummatio facit, ut omnium hic sit tui cordis, & corporis, & animae, & potentiarum, & sensuum summus cruciatus; nam animi sensu complecteris quaecunque hactenus passus es saeva tormenta, & nunc omnium tormentorum vim in vnum collectam excipis. Nunquam sufficere verba poterunt ad tuas atroces passiones exponendas magne IESV, nunc verò etiam conatus ipse nos deficit, & quasi agmine tuorum dolorum opprimuntur omnes potentiae & concidunt. Sustenta saltem cor meum bone IESV, sensum ut aliquem tui huius immensi doloris vel minima ex parte senti iat; & quasi consummationem in eo opera re dolorum omnium, quos de tua passione & cruce subiui hactenus te operante. Sed quid est nunc consummatum, bone IESV, per dolores extremos? Extrema mea vitā mortalis periculus est consummata, summum sacrificium oblatum est, (complectitur enim mortem hac consummatio, quae coniuncta cum his quae dico est) explicatur ratio testamenti noui, consummata est lex vetus, & hoc sacrificio immenso omnia illius legis sunt expleta sacrificia atque caeremoniae; in perfectionem euasit lex quam non habuit, & in legem spiritus vitae & gratiae, in testamentum nouum & aeternum translata est; quod hoc verbo promulgatur, facitur verò & obsignatur meo sanguine & morte: qua morte mors interficitur, & peccatum superatur, Satan, & infernus, & mundus cum suis omnibus operibus conculcatur. Nunc summa mea est poena, sed simul summa mea virtus & magnanimitas ad poenas superandas: nunc mea est mors, sed ex qua, & per quam, ego vitam recipiam gloriosissimam, & cum summo triumpho ascendam ad Patrem meum in coelum, sedebo ad dexteram omnipotentis Patris, & veniam tandem Iudex viuorum & mortuorum: per quam mortem mortalibus conficio vitam sempiternam. Nunc exhibeo pretium humanae redemptionis, & libero hominem a captiuitate: nunc virtutem repraesento, ex qua virtute sunt iustificati quotquot hactenus iusti fuerunt, & quotquot nunc sunt, & quotquot erunt: coelum



lum aperitur omnibus mortalibus hætenus clausum: nunc omnis prædestinatio iustorum vim accipit qua adimpleatur: consummatum est; & consummor ego, vt fiam ottemperantibus Deo causa salutis æternæ. Magnum autem clamorem adiunxi iterum, quo significarem summam rerum quas dixi firmitatem, & immensum animi mei affectum; vim præterea eam, quæ exiit in meis omnibus actionibus & passionibus ex circumstantia meæ diuinæ personæ, quæ verbum est infinitum. Quum verò prius clamaui, ostendi magno illo clamore verissimam esse meam humanitatem, hic etiā diuinitatem. Cōtremit tunc cœli, terra, creatura omnis superiori clamore; nam vbi agnoscebat ego & profitebar meā carnis infirmitatem, similiter agnoscebat creatura, & quasi in meo clamore clamabat mœres ac desolata: hic verò clamor vim afferebat morti, & eius vim frangebatur; ostēdebat enim imperium in mortem, & mortis mortē operabatur. Hoc clamore vltimum spei robur acceperunt in Limbo Patres, & creatura spem exuendi corruptionem. Verum quid dicis, sancte IESV, isto clamore magno; Pater, in manus tuas commendo spiritum meum? Sic describo rationem meæ mortis; non enim morior vt alij crucifixi, qui debilitate superati, cruciatibus victi & morte miserè moriuntur. Nam etiam si meæ mortis causa fuerunt homines impij, & mea vulnera; non tamen vim mihi attulerunt mortis, nisi quam ego volui accipere, quam ego nolui impedire. Itaque potentissimè simul & gloriosissimè animam posui; non coactus debilitate, sed mea voluntate adductus; neque cruciatibus superatus sum, sed illis imperans, ne mihi mortem afferrent nisi me volente. Neque verò victus à morte mortuus sum, sed mortem ipsam conculeans atque interficiens mea morte; necauit enim peccatum mea mors, quare & peccati effectum, mortem. Moriētur quidem deinceps homines, sed ita (si virtute meæ mortis vt velint) vt mors illa excipiat à vita sempiterna; ita viuunt, quasi tota illorum vita in transitu sit transitus ad immortalitatem. Pater cœternæ, tu pater es meus naturalis, non adoptiuus; & ego sum verbum, tuus filius natura, non adoptione; video simul te hac morte mea adoptare tibi multos filios; ego pro me inuoco te Patrē, simul pro ipsis; sunt enim fratres mei per tuam diuinam adoptionem. Depono in tuas manus spiritum

& animam meam: quod depositum à te accepi, Pater, apud te repono, illud breui rursū recepturus. Depono item in tuas manus, per meas has manus & pedes cruci affixos, animas meorum fratrum omnium, eorum præsertim qui adoptionis tuæ, & meæ fraternitatis gratiam morientes habuerint. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, omnium scilicet hominum spiritus; nam si facio mea omnium mortaliū peccata, quantum magis eorum spiritus & animas facio! eas per totam eorum vitam tibi commendo, tamen præcipuè in eorum omnium morte, vbi finis illis imponitur vel meriti vel demeriti, & imminet iudicium meum. Per hanc meam commendationem peto, vt in gratia tua moriantur, omni poena liberi, & vincant Dæmonis fraudes vltimas illas & violentias. Peto item vt quæ pollicitus sum *Mat. 16.* adimpleantur omnia, & in his nominatim, vt fides Petri & successorum ne deficiat, sed Ecclesiam confirmet perpetuò; & vt orationibus pijs vim tribuas impetrationis. Illud etiam, vt multi ad perfectionis statum vocentur, & in eo constanter & fructuosè exerceantur, ac sanctè vitam in eo finiant. Venite filie Sion, animæ deuotæ, cruci Christi IESV adeste, & de Sion sublimi specula contemplantini Regem vestrum, vestrum Deum, fratrem vestrum in cruce morientem. Nouistis eum vos, scitis lumen esse immensum, virtutem infinitam, gloriam & vitam sempiternam; & hæc esse supra quam dicere possitis vel intelligere sublimia: significationem spiritus tamen harum Dei dignitatum, quæ vna est simplicissima essentia infinita & esse, sentitis. Agnoscitis his veritatibus vos sustentari, his niti, quæ vna est res & veritas immensa: & tamen eum qui hæc veritas, hæc res est, videtis in cruce morientem. O mors pessima, quid hic tibi est iuris? quid in Filio Dei quaris? quid mortuum cum immortalis? quid cum vita sempiterna? & tamen qui Filius Dei es, qui immortalis, qui vita æterna, tu magne IESV morieris; quod non posses, nisi illud assumpsisses vnde posses, & in quo mori posses. O misericordiam tuam omnibus Angelis & hominibus adorandam! Quæsiuisti igitur mortalem naturam, vt quod ex tua natura non poteris pati, id in mortalitate patereris pro nostra salute & vita: tāta fuit erga immeritos tuæ misericordiæ immensitas. Alias præterea



terea addidisti diuinas miserationes tuæ humilitatis; nam ne homo quidem factus pati vel mori poterat, nisi animæ tuæ gloria illa summa ne in corpus influeret cohiberetur: cohibuisti, & fecisti, vt homo cuius anima gloria cœlesti fruebatur excellentissimè mori posset. Ac ne hæc quidem potentia ad actum peruenisset, nisi tu voluisses pati & mori: hoc quoque voluisti. O ineffabiles tuas miserationes benigne IESV! o infinitam humilitatem! verè derelictus es, Domine IESV, & à Patre, & abs te; omnia derelinquunt te, vires te deficiunt, sanguis exinanitur, exsiccatur naturalis humor, extinguitur calor naturalis, hæc augentur è cruciatibus & corporis & animæ vehementissimis: itaque omnia te derelinquunt, præter hæc quæ faciunt vt illa te, & vita derelinquat. O te desolatum magne IESV! O te mœrore & dolore confectum tota nocte & die, & nunc longè afflictissimū! O mors semper crudelissima, nunc suprâ quā dici potest vel intelligi multò crudelior! nescis tu quæ vita priues, putas purum hominē; at non est purus homo IESVS quem tu necas, sed Deus omnipotēs & homo simul. Erras o foeda bellua! instigat te Satan vt occidas IESVM, vt pereat vita omnis: atqui deciperis & tu, & abyssi bestia. Peccati rabies vrget vos; coniurastis mors, Satan, & peccatū aduersus Dominum, & aduersus Christum eius: fremuistis furiosè; Deglutiamus insorē quasi infernus viuente, omnem pretiosam substantiam eius diripiamus, implebimus domos nostras, regnabimus mors, Satan, & peccatū. Verūm hæc insanē cogitastis, inaniter, sine causā, sine effectu; atq; adeo contrarius prorsus effectus extabit. Hæc enim mors tuus erit interitus o mors; hæc ligabit te in inferno Satan; hæc te, peccatum, delebit & de medio tollet: vos omnes affixos cruci interimet; expoliabit diabolicos principatus & potestates. Te etiam mortem, te peccatum traducet confidenter & palam, ac triumphabit cum summa vestra ignominia superatos. Deridet vos Deus & subannat; & quidem necessum est incredibile esse vestrā inanitatem, quam nullus pro merito possit deridere nisi Deus. Hæc verò faciet Dominus, sed in ira sua, & vindictam de vobis sumet in furore suo; vt nihil in vobis sit virium, quod quasi subito percussum non tabescat atque opprimatur. Verūm, o magne IESV, video iram hanc in te redundare; exercet enim iram & furorem suū Pater

tuus, sed per cruciatus tuos, & mortē crucis. Illa enim Dei ira contra mortē, Satanam, & peccatum, non solum contra hos, sed contra homines exarsit qui illis se coniunxerant, vt simul esset in homines illa persequenda ira; & mors, Satan, peccatū, essent cum hominibus in inferno sepelienda in sempiternū. At verò effulsit infinita lux tuæ misericordie Pater omnipotens; voluisti hominem liberare, sed absque culpæ satisfactione noluisse; neque voluisti iram illam remittere, sed per illā ipsum liberare: hic autem cū nihil haberet vnde per iram tuam liberaretur, effudit eam in Filium tuum, atque in eum voluisti hominum peccata vindicare. Itaque omnes fluctus tuos super eū induxisti, & afflictiones omnes tuas in eum infregisti; sic omnem iram quam in homines conceperas, explesti in Filio tuo IESV. Hæc verò ita fecit, vt nihil remaneret iuris mortis, Satanæ, & peccato aduersus hominem, sed factum est vt nos liberaremur, illa conculcarentur. O immensas tuas passiones & mortem, per quas ad iram Patris fuisti traditus; quibus ira Dei aduersus genus humanū fuit satisfactum, & omnes omnium hominū culpæ sunt expiatae; omnes omnium reatus sunt dissoluti: si quid enim nos dissoluimus, vt dissoluimus, ex tua solutione accipimus vt dissoluere possimus. Erant in oculis Patris tui & tuis vniuersa peccata hominum; pro his omnibus tuæ poenæ & mors satisfacerunt: nam quā aterni essent cruciatus subeundi vniuersis hominibus, omnes tamen illos cruciatus in te suscepisti, & pro omnibus solutionem, maiorem etiam quam pro merito illorum peccatorum vel poenarum representasti. Verè redemptio tua, excelsè IESV, infinitæ virtutis est, infinitæ misericordie & iustitiæ. Quid potuisti facere pro nobis, benigne IESV, quod non feceris? quod non cumulatē atque in finitè feceris? Quare est nostri animi hebetudo & socordia perpetuò infinita, & ingratitudo. Venisti tu quidem, sancte IESV, ad finem passionū tuarū, hoc est ad summos tuos cruciatus cū morte tua etiā tua voluntate coniunctos; separanda est iam anima tua à corpore suo, & vita tua mortalis deponenda est: refugit hæc anima tua, & corpus tuum horret, auersatur natura omnis; & tamen hoc Pater tuus vult, hoc tu, hoc Angelus, vult Mater etiā tua; moriendū tibi est. Quis non contremiscat? cuius anima non contabescat & deficiat? Moriatur anima mea, Domine

*Psal. 2.  
Prou. 1.*

*Col. 2.*



mine IESV, tecum, veniant in me cruciatus  
tui omnes, sauiant in me Tyranni, Harectici;  
libenter omnia tormenta depono per tuam  
crucem & moriem propter te. Tu Deus om-  
nipotens, iustitia & sanctitas infinita, pro me  
morieris; & quid ego infelix homo, quid pec-  
cator miserrimus nō debeo pro te pati? Quid  
tibi retribuā, nisi ut calicem salutaris tollam,  
crucem meam cum tua? Sed quum hoc non  
possim nisi de tua gratia & virtute, nomē tuū  
sanctum inuoco per tuam crucem ut possim:  
tu si me adiuues, poterō crucem meam subire  
post te. Da, Domine, ut tollam crucem, & cru-  
ciatus quales tu volēs, ex tuorum imitatione  
per te & pro te; alioqui ego mereor propter  
mea peccata crucem crudelem, omnes poenas  
promereor. Vtinam fieri posset ut ego poenas  
in quibus es, leuare aliqua ex parte possem; sed  
solus vis omnes poenas subire, nec socium in  
passionibus tuis voluisti, nisi qui tuas etiā pas-  
siones augeret, Matrem, & paucos præterea.  
Integra est tua redemptio, tua solius est li-  
beratio generis humani; at propterea magis  
tibi compati debemus, qui per solidam tuam  
passionem dedisti, ut nos etiam tibi compati  
possimus & debeamus. Mouet autem me  
tua crux sua virtute, ut non solum pro meis  
peccatis pati velim, sed pro aliorum omnium:  
placet ut omnibus modis quibus pati possum,  
& quibus hominibus vtilis esse potest mea  
crux, ut pro illis patiar. Acerbitas tuæ crucis  
facit, ut nihil mihi videatur esse optatius, ni-  
hil iucundius quā crucem tuam imitari,  
quum video te in cruce morientem: succur-  
re Domine, adesto Domine, attende, & fac  
ut hac voluntas, quæ ex te est concepta, in  
me augeatur per te. Vim diuinam omnium  
bonorum posuisti in tua passione & cruce  
magne IESV, sed peculiarem etiam in tuis  
verbis quæ de cruce dixisti, & salutarem ani-  
marum nostrarum institutionem proposui-  
sti. Nam ubi dixisti, Pater dimitte illis, ne-  
sciunt enim quid faciunt: pro nobis etiam  
orasti & impetrasti benigne IESV; nisi ob-  
latæ gratiæ repugnemus: significasti simul, cū  
peccamus, nos te crucifigere, & nostras culpas  
tamen excusasti, & fecisti ut facilius remitte-  
rentur: tum aperuisti piorum oculos, ut  
sciant quanta sit in peccato Dei offensio: &  
indicasti lucem te per crucem tuam allaturū,  
qua luce & Dei maiestas intelligatur, & culpæ  
in Deum commissæ peruersitas & magnitudo:  
& planè spem confirmaſti remissionis

peccatorum, & diuinæ in nos benignitatis;  
(quis enim non repleatur spe, qui sciat te mori-  
entem in cruce pro crucifixoribus. Patrem  
orasse, & pro omnibus peccatoribus) tum in-  
gentem necessitatem offensiones animæ om-  
nes, iniurias, contumelias nobis illatas re-  
mittendi nobis imposuisti: simul terribilem  
comminationem, & metum, & poenas, si  
non remittamus, significasti. Dixisti præter-  
ea latroni; Amen, dico tibi, hodie mecum  
eris in Paradiso: sed prius tamen illum tua  
veritate illustrasti, & ut eam contra socium  
latronem propugnaret fortem fecisti, ac lu-  
cem qua cognosceret sua peccata, & confite-  
retur, dedisti, & ut totam spem in te conijce-  
ret: tum verò sanctè illi pollicitus es eodem  
die Paradisum, & præmium sempiternū. Do-  
cuisti verò nos, ut veritatem tuam, & crucis  
tuæ virtutem agnoscamus, quum propter  
peccata affligimur, accordi illam imprima-  
mus in te sic valide, ut eam contra omnes ad-  
uersarios defendamus, contra etiam omnes  
mentis hebetudines, ac cordis socordias affe-  
ramus ac sentire contendamus; vnde nostrarum  
actionum prauitates intelligamus, de-  
ploremus, & confiteamur; ad te curramus, a  
te remissionem peccatorum petamus atque  
speremus, in te omnem spem nostram col-  
locemus. Magno autem mysterio magnum  
poenitentiae sacramentum, bone IESV, hic  
indicasti, & diuinam peccatorum absolutio-  
nem, & gratiæ collationem; atque ostendisti  
tantum esse posse poenitentis dolorē, ut abso-  
lutio sacramentalis nullā relinquat poenam  
persoluendā: non enim pro remissione poenæ  
post grauius infusionē patiebatur Latro. O be-  
nefici in latronem omni admiratione supe-  
rius, & à nobis omnibus votis expetendū at-  
que adorandū! In sinuas tu igitur, magne IESV,  
poenitentiae sacramentū per latronē, qui  
per te sacramentū baptismi repræsentasti tuo  
sanguinis baptismate, quod tam cupidè sem-  
per desiderasti. Loqueris deinde, benigne IESV,  
Matri, loqueris consobriño Ioanni; illi,  
Mulier ecce filius tuus; huic, Ecce mater tua;  
quibus verbis vitæ perfectionem omnibus  
proposuisti: nam qui te videt matrem tuā re-  
linquere ut moriatur, quid relinquere nō de-  
bet, ut seculo, & sibi moriatur? Neque tamen  
hoc ijs solis imitandum exhibuisti, qui statū  
vitæ religiosum profiteri volunt, sed omni-  
bus: in tua enim doctrina posuisti, ut patrem  
& matrem propter te relinquunt, & te plus  
quam

Luc. 14.

K k 2

quam



quam illos amēt, te magis quam illos sequā-  
tur. Omnibus etiam qui vitiorum mortem  
expetunt, loqueris ē cruce bone I E S V; Re-  
liqui ego Matre, illam commendavi Ioanni,  
& me ad mortem totum conuerti: abijcite  
vos externos affectus, & omnia seponite quæ  
retardare vestram hominis veteris mortem  
possint. Sed quorū cōmendas, sancte I E-  
S V, quos relinquis? Significo nō destitui ob-  
ligationem erga propinquos naturalem vbi  
relinquuntur, nec naturalem amorem, nec  
charitatis affectum, sed impedimentū perfe-  
ctionis dimoueri. Sed cur consobriño com-  
mendas Matrem, huic Ioannem? Quoniam  
exercitium naturalium affectuum ab ijs qui  
seculo renuntiant illis ceditur, qui iure in co-  
gnatos relictos debent esse officiosi, & quasi  
demandatur illorum cura per religiosam sub-  
stitutionem; quasi audiant: mihi mundo est  
moriendum, vobis curam quam ego gerebam  
exteriorem relinquo; sequor ego Christi cō-  
siliū, sequimini vos eius voluntatem: en-  
trado in manus vestras patrem meum & ma-  
trem, illos meo loco & nomine colite; ego  
spirituali illos & vos affectu prosequar & ora-  
tione. Eisdē porro verbis aliud nos docuisti,  
benigne I E S V, mysterium excellens & be-  
neficium: quum enim essēs ad Patrem ascen-  
surus, nec essēs nobis visibilem tuam præsē-  
tiam exhibiturus, substituiisti tibi apud nos  
Matrem visibilem, Ecclesiam Catholicā, quæ  
nos agnosceret filios, nos aleret, nos guber-  
naret, nostri curam gereret, tua autoritate &  
virtute ageret erga nos Matrem. Etenim tunc  
audiuit in Maria Ecclesia tua; Ecce filij tui, fi-  
deles mei, fratres mei. His simul erga Matrem  
Ecclesiam I E S V S commendauit reueren-  
tiam, obedientiam filiorum, omnem sanctū  
affectum & officium; & hoc voluit esse in suo  
testamento, quod sanguine suo & morte san-  
ciebat & obliuabat. Matri Mariæ irem Vir-  
gini commendauit, vt Ecclesia, & fidelium  
omnium curam gereret, tanquam suorum fi-  
liorum, & quos fratres per crucem faciebat,  
his vt ad Mariam Virginem tanquam ad ma-  
trem accederent indixit; atque adeo plusquā  
ad matrem, ad Matrem scilicet Dei, cœlorum  
Reginam. Hoc verò quum faciebat, intelligi-  
tur Sanctis suis nos voluisse esse commenda-  
tos bonus I E S V S, & nobis in Sanctos de-  
uotionem & orationem: sed propterea Vir-  
ginem nominauit, vt illius patrocinium in-  
telligeremus plusquam omnium Sanctorum

fore apud Patrem & se acceptissimum, & vnā  
illam esse Sanctorum omnium instar. Subdis  
autem moriens I E S V; Eli, Eli, lammazaba-  
thani; excellentissimum nobis tribulationes  
patiendi exemplum. Nam vbi profiteris te in  
tuis cruciatibus à Patre Deo derelictum, doc-  
cēs nos tribulationes quidem passuros, nec  
morum nostrorum pietatem facturam vt nō  
patiamur; viam enim nobis ad cœlum ita a-  
peruisti per crucem: sed tamen tu crucē pro-  
priam sustinuiisti solus, eam nullus potuit fer-  
re, in ea Pater te dereliquit: quæ derelictio pe-  
perit nobis, vt consideremus leues fore no-  
stras cruces; eripuisti enim tu nobis vt simili-  
ter atque tu dicere non possemus; Deus no-  
ster, vt quid dereliquisti nos nam fuerunt tue  
carnis infirmitates nostra robora & salutes;  
quare tua derelictio nostra est susceptio & le-  
uamen. Neque verò hoc nobis refrigerium  
tantummodo ex tua derelictione confirma-  
sti, sed prouentum etiam gratiæ reposuisti, vt  
non tentent nos aduersitates vel detrimenta  
plus quam sustinere possimus: deinde vt ex  
eis colligamus accessionem donorum, qua  
promoueamur pietatem; & gaudium om-  
ne existimemus cum in varias tribulationes  
inciderimus. Fregisti, magne I E S V, per  
tuam istam derelictionem aculeum nostra-  
rum omnium tribulationum & desolationū,  
insuper vim dedisti diuinam vltimis duabus  
petitionibus orationis quam nobis præsē-  
pisti: per tuam enim hanc desolationem se-  
cisti, vt ne induceremur in peccatū per quas-  
uis tentationes, siue Dæmonis, siue carnis,  
siue mundi; tam vt à detrimentis horum ho-  
stium liberemur. Ingentem vim posuisti, bo-  
ne I E S V, per istud magnum mysterium im-  
petrandi quæ petimus in omnibus orationi-  
bus nostris à Patre & à te, per hanc extre-  
mam tuam afflictionem & derelictionem.  
Illud autē vnum verbum quod postea dixi-  
sti, Sitio, excellentem nobis cōtulit eruditio-  
nē & vim spiritus: nā quum, Sitio, à te audi-  
mus, & à moriente audimus, fontem nobis à  
te cœlestis aquæ diuinum emanare percipi-  
mus & nobis donari, vnde vis tibi potum de-  
mus. Siis ergo, benigne I E S V, tua dona,  
quæ nobis meruisti vt illis tuam sitim rescia-  
mus & desiderium, & vis fieri in nobis illa  
dona efficaciam per te, & illis te rescifi si nos il-  
lis cooperemur: alias enim sities tui, & nos po-  
tum tibi nō dabimus, quum de tua gratia pos-  
simus imo ineffabile beneficium! generat  
aquam



aquā ē cruce Christus, ex illa vult nostra voluntate & operā potari; dat vim aquā vt id possimus; vita enim est in illa aqua, gratia Dei est, vita aeterna à Christi vulneribus ex illa aqua promanat. O ingratum hominem & infelicem, qui illam recipere nolit; qui illa vi nolit ad tam diuinum mysterium, quique illa sitientem Deum nolit reficere, & sibi salutem & vitam sempiternam adferre! Præscribit itē nobis illud Christi, Sitio; vt sitim, & acre desiderium charitatis, quā virtus est omnium virtutum perfectissima, concipiamus: charitas enim fons est cœlestis; qui in omnes virtutes influit, & diuinas perfectiones ac vires deriuat, de qua omnes virtutes, omnes omnium virtutum actus potant, quæ faciunt animam nostram & potentias cœlestes Christi irriguum. Ingerit idem diuinum, Sitio, orationibus cōstantiam, & singularem ac moniam petitionum sanctarum, cum summa exauditionis spe coniunctam. Nam & hoc simul sitiebat Christus ē cruce; vt nostræ orationes à Patre suo exaudirentur, hoc vehemens desiderio expetebat. Quod si hoc ita est, vt est, quis non summam fidē & spem in orationibus constituat in Christo, & non conuincatur omni studio & diligentia sincerā habere ad Deum orationem, & quā illis carat impedimentis, quæ debilitare orationem possunt? Sitio Domine, reficias meam sitim, & augeas pie & sancte Domine IESV, per tuam istam diuinam & salutarem sitim. Consummatum est; subiunxisti sancte IESV, quibus verbis consummationē & perfectionē tuarū actionum, & finē significasti, & impleuisti te quæ tibi erāt à Patre imperata, quæ de te in sanctis literis cōscripta; & esse præsentē mortē, quam toto animo compledebarris. Quantiā, IESV bone, hūc diuinæ eruditionis vim aperuisti! Nā cū cōsummas tuā passionē, dū finē illi imponis; consummatur simul, ac cōsumitur prauaricatio, & finē accipit peccati in vltimā scilicet suam prauaricationē venit, & concluditur in inferno, & ab eius seruitute homines eripiuntur, atque vindicantur in libertatem filiorum Dei, & spem certā vitæ sempiternæ. Consummas simul, & breuiarum verbū facis super vniuersam terrā tui Euangelij, iudicij tui, & seculorum cōsummationis. In te, & per te, omnia suam accipiunt consummationem & finem: lex vetus, Limbus & dilatio gloriæ, prophetiæ de te, Satanæ tyrannis, peccati, mortis consummatur.

Consummasti legē, & ea repræsentasti quorum erat lex vetus figura, euacuasti Limbum, & in secula omnia illum clausisti, ac ianuam Paradisi reserasti; vt nihil sit necessum de cætero expectare, quos à gloria cœlesti aliud, nihil impediat. Prophetæ alij quicquid de te sunt vaticinati, ea tu impleuisti; simul ea quæ de te Ioannes, quæ Simeon, quæ Anna, iam omnia consummata sunt, tum reipsā, tum in merito tuæ crucis. Diaboli potestas dissipata & euersa est, mors moritur, & paulò post erit mortua quum tu morieris: verē omnibus rebus quæ tibi erant implendæ, vel imposita iā est, vel imponitur nūc à te cōsummatio perfecta. Hæc tua magnalia quis explicare possit, & tuum in nos consummationis mysterium quis assequi? Consummatio tua consumptionem facit peccati in nobis, culpa quidem & poenæ per baptismi sacramentum, vtriusque item per poenitentiam, adhibita etiam nostra satisfactio, quod fuit tuum in nos singulare priuilegium, magnum beneficium; maius etiam, si singularem illam gratiam nō amittamus. Aliæ sunt tuorum Sacramentorum consummationes, sed illa præeminet, in qua mortem tuam sacrificio sancto & sacramento sacræ Eucharistiæ verissimè repræsentasti, & quotidianam nobis facis & familiarem tuam illam crucis tuæ consummationem, & diuinum fructum passionis & crucis tuæ. Tuam porro illam peccatorum remissionem quam in cruce perfecisti nobis, ac per poenitentiam Sacramentum concilias & applicas clementissimè, efficis perpetuam consummationem, si vim Sacramenti retinere velimus, & agnoscamus peccati consumptionem per te in nobis semper operari, vt inchoandum nobis semper sit in peccati cognitione, & per hanc in eius contritione, etiam si præcedentes contritiones fuerint sufficientes: nam parit peccati cognitio lumen & vim; qua in dies in illius notitiam & odium crescimus. Consequitur alia in nobis cōsummatio; tu enim inferis in nos virtutes tuas, & illarum exercitium continenter in nobis promoues, & vis ad vltiora nos progredi, & ex quauis consummatione virtutum principium accipere crescendi in tuis donis, quasi nihil antè fecissemus. Postremo leuas ad te tuorum & mentem & cor, atque de tua benignitate gratificaris tuæ cognitionis & mysteriorum excellens lumen, quod quidē supra facultatem nostram omnē est, quō lumine ita eorum mentē perficis & con-

Rk 3 summas,

Dion. de Eccles. Hier. cap. 3. telatat.

Eccles. 10. Phil. 3.



summas, vt gaudio in te & de te exultent & iubilent incomparabili: sed simul intelligunt aliam ex te consummationem sperari posse & debere, & sibi ex integro inchoandum esse in te quærendo, & in te cognoscendo & amando. O adorandas tuas consummationes! Has continenter in nobis operare, magne IESV, donec amplius nobis inchoandum non sit, vbi te videbimus sicuti es, & consummata erit in te omnis consummationis inchoatio, & desiderium omne. Postrema fuerunt tua illa verba o moriens pro nobis sancte IESV; Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Summa hæc spes nostra est, excelsum in nos beneficium. His verbis simul nostras animas

*Luc. 23.*

Patri tuo commendas, bone IESV, & spiritum: gessisti enim semper personam nostram peccatorum, pateris pro nobis, moreris pro nobis, non solum vt merearis nobis peccatorum remissionem, sed vt in rebus omnibus facias

nos Deo commendatos: quæ commendatio vt esset commendatio, simul nos tecum Deo spiritum efflans commendas. Sublimem autem simul disciplinam de singulari tua benignitate nos doces: nam non commendasti spiritum nominatim Deo Patri, nisi postquam consummaueras iam omnes passionibus tuas, & mors sola restaret, tuis enim prioribus passionibus interficiebatur peccatum identidem: unde docebamur nostras passionibus subinde, & peccata mortificare: vt verò ad passionibus tuas sequuta est mors, ita meruisti, ex mortificationibus nostris vt sequatur peccatorum & passionum nostrarum mors & victoria: & si de cætero pro huius mortalis vitæ imperfectione rursus molestæ sint passionibus vel peccatorum, id tamen conari non possint quasi viuæ si velimus, sed quasi mortuæ: Tibi gloria sempiterna magne IESV.

EMIS-